JOH. GABR. RUDOLPHI
MED. DOCTOR.

PROGYMNASMA MEDICUM

de iis, quæ ſunt obſervanda
in

MULIERIBUS

largiter menſtruatis,
occaſione hæmorrhagiæ uteri enormis,
e craſi ſanguinis reſoluta pronatæ,
per
Cereviſiæ medicatæ
abuſum.



LUGDUNI BATAVORUM
Apud JORDANUM LUCHTMANS,
Anno M. DCC. VIII.

Magnifico. &. Maxime. Reverendo.

nec. non.

Amplissimis. ac. Nobilissimis. JurisConsultis.
V I R I S.

Eruditione. dignitate. meritis. fama.
Excellentissimis.

D. HENR. HULSIO.

S. S. Theol. Doctor. ac. Profess. Primar. Theologo. Præclarissimo. Acad. Reg. Teutob. Rectori. h. t. Magnifico.

D. PHILIPP. ab. ER-BERFELD. J. U. D.

Consiliario. Regio. Spectatissimo. Acad. Reg. Teutob. Curatori. vigilantissimo. ac. Urbis. Prætori. æquo. ac. justo.

D. CLEM. BERG.

J. U. D. Moral. ac. Civil. in. eodem. Athenæo. Professor. Ordinar. &. famigeratissimo.

Patronis. suis. ac. fautoribus. æternum. colendis.

VIRI EXCELLENTISSIMI.



A eſt veſtræ in me benevolentiæ magnitudo, convenientia ac conſtantia, tantisque hinc adſtringor vinculis, ut vix diſcernere valeam, utrum rerum naturalium ac ſalubrium aliqua cognitio ad induſtriæ ſpecimen publicum, an memor gratusque animus ad obſervantiæ exemplar manifeſtum me forſius jam impulerit incenderitque! Siquidem pia memoria,

ria, grataque recordatione colenda erant hæc beneficia illuſtria, quibus perſolvendis tenuis & anguſta mea ſupellex cenſebatur impar. Forma, qua gratiam, quando habemus, retuliſſe exiſtimamur ab iis, qui ex animi bonitate, beneficium tum accepiſſe, autumant, cum inſigni beneficio ornant.

Benigna igitur fronte, VIRI EXCELLENTISSIMI, accipite *meum hoc progymnaſma medicum*, quod vobis ſincera dextra, ac, in veſtrarum virtutum monumentum, inſcribo. Suſci-

 pite,

pite, quæſo, in obſervantiſſimi animi τεκμηριον, hunc, etiamſi neque rerum gravitate, neque verborum luce, adeo inſignem libellum, Vobis tamen omni officiorum genere, & animi candore conſecratum. Quod ſi mihi detur, &, in habenda gratia, plus debebo, quam perſolvam. DEUS Vos in religionis ac reipubl. incrementum, academiæ ſplendorem, meumque ornamentum ſervet quam diutiſſime. Valete ac favete

Veſtrarum inſignium Virtutum

Cultori devinctiſſimo
Joh. Gabr. Rudolpho M. D.

PRÆFATIO

Lector Benevole



I, bene qui latet, bene vivere communi fertur proverbio, ego, ſub praxios umbra hactenus abſconditus, nunc vero ex hoc latibulo in lucem denuo prodiens, male mihi ſic conſultum velle videor. Neſcio tamen, quod invitamentum, quæve aut animum, aut aliquam cognitionem in arte ſalutari oſtendendi cupiditas me jam incendat atque inflammet. Et quanquam non ignorem, quot & quantorum virorum ingenia jam eniteant in Re-

publica medica; Neque tamen eorum ſtudia, quam excellentia etiam, hoc exiguum reſtringent conamen: Siquidem, cum ſumma miremur, inferiora erunt ad minimum probanda. Multo minus vel aliquam mei animi partem hodierni corrupti mores, noſtraque detorquebunt tempora iniqua, quibus invia eſt. Virtuti via per laborum ſemitas ad honoris faſtigium. Ipſa virtus nulla eſt, niſi gratuita, hæcque ſibi pulcherrima merces; Et quod ſi doctus homo tum demum, cum docte cogitat, revera vivit, certe pro animorum vero pabulo erit rerum ſcientiarumque contemplatio habenda. Inde vero, quæ illæ ambitionis ineptiæ: Gloriam aut dignitatem in præmium mox poſtulare mercedemque earum virtutum, quarum cultura vivimus ut homines, præſtamus beſtiis, & antecellimus ſæpe aliquos homines? Quibus omnibus rite penſitatis, hunc caſum, in quo ingenii vires experirer, mihi delegi explicandum, morborum utpote revera complexum, aut, affectum maxime complicatum: Mulier

enim,

nim, ob corporis communem cum mari-
us fragilitatem, & uteri peculiarem ſtru-
uram, bis patitur morbum, ipſeque ute-
us morborum novorum, aliquando mon-
roſorum, inducit Iliada. Ut autem in-
llectui noſtro omnia in hoc caſu ejusque
nalyſi pateant eò clarius, hinc non ſolum
eclarare animus eſt, quæ fuerit partium
lidarum in hac ægra indiſpoſitio natura-
, quave ſub vitioſa conformatione magis
edem partes per diætæ errores a naturali
berrarint mechaniſmo; Sed & lumen
erſpicuius accedet, quando, quam variæ
uerint ſanguinis impuritates, explicabi-
us. Imo & præmittere placet aliqua de
nguinis minimis naturalibus, eorumque
atura & temperatura, ut craſis naturalis
riatur, dogmata; Siquidem contraria
xta ſe poſita, magis ſic eluceſcent.

Tuo vero L. B. hæc omnia, velut Apel-
es ſuas tabulas pictas, expono ſubmitto-
ue judicîo, ſed non ſine judicio. Hinc,
ingenio abundas, meum quale quale in
ac arte æqui bonique conſulas molimen:

 Ipſa

Ipſa enim natura & machinis delectatu
exiguis; Sin tibi æque minus, ac mihi
Corinthum adire licet: (paucis namqu
portum medicæ ſcientiæ tenere datum eſt,
feras, non culpes, quod ab utroque no
ſtrum emendari non poteſt. Imo & i
magnis voluiſſe ſat eſt, veluti quibus diffi-
cultatem ipſa propoſuit natura. Vale &
fave.

HISTO-



HISTORIA MORBI.

FOemina annum forte 28. corporis ſatis teneri, valetudinisque hinc æque tenuis, diu jam hypochondriaca & ſcorbutica, eſui carnis fumo ac ſale induratæ ſive ſuillæ, ſive vaccinæ enormiter dedita, acetaiis quam maxime abutens, quovis menſe lariius, quam vires perferre valebant, & magno um dolore menſtruata, deinde fluore albo per liquot menſes toties laborans, quoties fluxus etinebat menſtruus, nonnullarum puellarum nater, duorumque fœtuum abortivorum inelix parturiens, continuo agilis & magis, quam umeri valebant, laborioſa; Hæc poſtquam nenſes quatuor gravida, & diu abhinc tum ris amarore, tum alvi ſegnitie præſertim ægrotaverat, in febrem incidit duplicem tertiaam cum alvi inſequente conſtipatione, dolore apitis circa tempora pulſatili & ſiti enormi. Quibus ſymptomatibus paulo mitigatis compoſitisque, poſt uſum cereviſiæ frigidæ, cui arum panis ſiliginei erat intritum, vulgo,

Eine

Eine kalte Schale / tormina ventris exſurgunt, quibuscunque adhibitis, atrociſſima; Demum vero media nocte aborſit cum notabili febrilium ſymptomatum levamine, & idem fere videbatur terminus reconvaleſcentiæ, qui abortûs; Parum ſanguinis ſub ipſo profundebatur abortu, & parca eum excipiebat ejusdem quantitas. Hinc brevi poſt aliquas vires recuperatas lecto ſurgebat, ſed integræ ſanitati, ob corporis agilitatem ſummam, & quia erat tum moræ, tum medicamentorum præſertim pertæſa, reſtitui haud poterat: adſvetos enim nunc equidem repetebat labores domeſticos, ſed ſatis adhuc languida, ſemperque ſitibunda; idem manebat amaror in ore, & cibos poſt aſſumtos regio ventriculi, inflabatur, genæ magis rubebant, parumque intenſior caloris gradus in his æque ac manuum volis denuo notabatur cum pulſu paulo frequentiori. Illa igitur propter lentam febrem, & abortus, quos paſſa, ſibi timens à febre hectica continente, præprimis quoniam per corporis macilentiam & creberrimam excandeſcentiam ad hanc diſpoſita viſa, cereviſiam medicatam, pro incidendis attenuandisque primarum viarum ſanguinisque cruditatibus, ſibi parari curat, lente amaricantem, & cujus contextura nihilominus poſt aliquot dierum macerationem ſatis blanda adhuc deguſtabatur, etiamſi minus cereviſiæ quam decebat, erat affuſum. Quovis tempore

ore matutino ac veſpertino unciæ forte qua-
ıor fuiſſent ſumendæ; Illa vero, poſt aliquem
ſius uſum legitimum melius valens, quia no-
bilius inde roborata, multo nunc plus, quam
cuiſſet, bibit hacque ſola, veluti cereviſia
rdinaria, ſitim exſtinguit, ac alimenti loco
citur. Cujus in uſu aut potius abuſu pergit,
ılla ulterius ratione habita, bibatne nimium
ıt juſto minus. Neque etiam intenta erat
ı purgationis menſtruæ terminum inſtantem,
ıod ipſi tempus alias probe erat & ita obſer-
ındum, ut ab omni etiam thermopotia theæ
ias abſtinendum fuerit quavis ſub purgatione
ıenſtrua. Hinc matutino ejus diei tempore,
uo menſium fluxus, utpote certis periodis
tplurimum recurrens, ſæpe anticipans, nunc
ıſtabat, ſatis magnam ejusdem cereviſiæ quan-
ttatem improvide haurit. Poſt prandium ven-
re dolere queritur, adeoque in compeſcenda
æc tormina bibit parum aquæ theæ fervidæ
adeo, quid in levamen ſit arripiendum, ani-
no fluctuabat) ſed hanc vix hauſtam ſatis lar-
ıum ſequitur ſanguinis uterini profluvium, in
normem hæmorrhagiam mox degener. Di-
iſſes omnium vaſorum uterinorum oſcula nunc
iaſſe, tanta ſanguinis mole, adſtantibus mu-
eribus ita referentibus, inundabantur lodices.
Ægra interea afficiebatur ſyncope graviſſima,
uamdiu ſanguis promanabat, qui omnis, quam
opioſiſſimus etiam, propter ſummam tenui-
tatem

tatem & purpureum colorem videbatur arte
riosus, coagulatuque erat ita difficilis, ut eju
etiam portiuncula cum bacillo prunis imposi
ta, solito multo tardius potuerit torreri, im
que pulverem præparari, quem cum nuc. mo
schat. tost. & cinamom. acut. parte anatica
pro sistenda hæmorrhagia, sub partitis vicibu
cum vino sumendum, ordinarant mulierculæ
Ego post aliquot ab hæmorrhagia horas accer
situs ægram deprehendebam animo gravissim
linquentem, artus algidos sudoremque frigi
dum. Qua de re Venæsectionem, etiamsi a
lias auxilium, multorum judicio & experien
tiæ elogio, sanguini sistendo par aptumque
in hac ægra minime indicari, sed à virium de
bilitate summa prohiberi existimabam. Ea
potius apta nata decernebam, quæ vires blan
de reficerent, acrimoniam sanguinis tempera
rent, tenuitatem vero nimiam aut hamatis in
terpositis atomis, aut, quod certius, glutino
sis gelatinosisque condensarent. Adeoque mi
sturam concinnabam ex aqu. plantagin. nymph
cinam. s. v. diascord. frac. matr. perlar. corall
rubr. conf. alkerm. inc. syr. pap. alb. Para
batur &, pro acrimonia involvenda, emulsio
è decoct. hord. ad crepaturam coct. amygd
ambrosin. exc. ac sem. pap. alb. addebantur
sacchar. perlat. conf. alkerm. incompl. & pa
rum aqu. cinam. c. v. Artus firmiter ligaban
tur filis sericeis coloris, è muliercularum præ

judicio,

.dicio, coccinei. Naribus & temporibus ad-
.ovebatur Aqu. Regin. Hungar. carfuncul.
ım pauxillo ſpirit. nitr. d. Sacculus fiebat è
.dic. tormentill. biſtort. fl. roſar. balauſt. cort.
:anat. & alum. crud. qui aceto vini incoctus
pide imponebatur pectinis regioni. Sitis,
ſtinctu vix poſſibilis, fallenda erat emulſio-
bus itidem amygdalatis & ſaccharatis, ſed
nſiſtentiæ paulo tenuioris. Quorum medi-
.mentorum uſu ſenſim inhibebatur hic fluxus,
ntea noctem diemque immodicus, nunc vero
ırcius ac per vices recurrens, eumque demum
agis ſufflaminatum ſeroſus ſeu mucoſus, more
lito, excipiebat liquor. Interea temporis
men facile adhuc animo linquebat ab odore
ıovis ipſi etiam leviſſime moleſto, hinc ſub
ıra frigida & humida adventantibus non lice-
ıt lectum mox accedere, gravibus quippe
ias mox infeſtabatur præcordiorum anxieta-
ous, quarum abigendarum ergo epithema ex
qua carfuncul. regioni imponebatur cardia-
e, ſed manu parca, ac animo cauto: Simulac
im plus juſto, aut citius, quam decebat, ad-
ovebatur, mox inordinatam magis ſentiebat
rca præcordia agitationem, contra vero,
ſtquam temporis & quantitatis ratio magis
bebatur accurata, inde perſentiſcebat leva-
en non exiguum. E fonte diætetico requi-
bantur alimenta euchyma, concoctu facilli-
a & gelatinæ facile ſolubilis; Præter vires
enim

enim exhauſtas, hinc reſtaurandas, quam maxime erat ſanguinis inopia reſarcienda; Inde vero præſertim conveniebant juſcula gallinarum farcinatarum, omni harum ſubſtantia nutritiva elixando impraegnata, in alimentum condimentumque addebantur pineæ, piſtaciæ & pauxillum cinamomi. Galredæ parabantur è pedibus vitulinis, cum amygdalis excorticatis & paſſulis majoribus ſeu zibebis. Ulteriores cibi erant juſcula avenacea & hordeacea, carnes pullorum gallinaceorum & columbinorum elixæ, magis tamen proderant aſſæ. Inprimis vero delectabatur amygdalaruw ambroſinarum & ficuum pinguium eſu, iisque ſatis nutriebatur. Demum vero abactis per tinctur. mart. aperit. & aliquos abſorbentes pulveres, quos equidem ægrius ferebat, præcordiorum anxietatibus, è gravi hoc morbo tractu temporis evaſit. Viribus & ſanitati pene reſtituta pulverem ſumit emetico catharticum, vinoque medicato ſolùm alterante deſuper, ſed ſucceſſive, aſſumto, tantum demum corpore potuit valuitque, ut brevi poſt concipiens felix ſuo tempore ſit puerpera facta & ſanitate adhuc gaudeat.

SECT

SECT. I.

Hujus morbi theoremata complectens.

CAP. I.

De *Partibus sanguinis elementaribus.*

I.

QUæ sanguinis ac seri sint partes elementares, aut minima naturalia, qualis horum singulorum natura, & quam varia sub unione miscelaque ·anc humoralem constituant massam, opus est ·xploratu arduum, imo difficillimum. Unde ·on mirum, physiologos tot & tam variis ex·erimentis operationibusque chymicis sangui·is anatomen cognitionemque tentasse, ac per ·nicroscopia, anatomiæ juxta ac philosophiæ ·orpuscularis adminicula egregia, partium san·uinis texturam figurasque omni modo obser·asse. Quam tamen certitudinis partem ho·um quodlibet ad sanguinis naturam disquiren·am afferre queat, id trutinandum quæso jam ·uscipiamus, sed paucis, & pro ingenii modulo.

II. Quid si enim sanguinem microscopii ope ·nimadvertimus, ceu crystallinam & limpidam

humiditatem, quam globuli infiniti purpurei, si mavis, rubicundi potius grumuli interfluunt? Aut posito, quod ope clariorum microscopiorum in quavis sanguinis guttula cernantur atomi sphæricæ, ellipticæ, conicæ, cylindricæ, polyhedricæ; Quæ inde tamen ad nostrum intellectum de natura partium sanguinis, non sola figura, sed & natura discrepantium, doctrina redundabit perspicua? Ut taceam, quod sanguis, simulac extra venam missus, in sua crasi perinde ac motu turbetur, ab aëre ambiente atmosphærico, magis tum premente. Indeque ne quidem de particularum figuris, sintne propriæ ac essentiales, an per motum influentis aëris inductæ, judicium certum ac firmum formare poterimus.

III. Alii hinc, in physicis hisce contemplationibus non acquiescentes, principia malunt per ignem enata, propterea que, cùm sanguis ope chymiæ in aquam, gelatinam, salia diversa, oleum terramque secedere videant, sanguinem iisdem constare autumant; Et hæc principia, de natura minimorum sanguinis diversa nos informantia, ipsis audiunt medica, præsertim quod iisdem nos constare, nutriri, lædi curarique opinentur. Quæ tamen per ignem analysis quum fallax sit & infida, quandoque novorum corporum, novarumque formarum genesis, hinc omni ex parte in hac doctrina neque amplectenda erit, neque rejicienda.

IV. Id-

IV. Idcirco autem, quod inde veritatis lumen, quæ tenebræ, eò clarius diſcernemus, quando ejusmodi experimenta, tanquam pro ſciſcitanda minimorum ſanguinis natura certiora, in ſubſidium vocabimus, quorum ope ſanguinis minima per ſolam gravitatem, aut levitatem, & pro ſua textura ſponte ſeparantur, fiuntque manifeſta citra vehementem ignis impetum, aut putredinis efficaciam, ne nova per artem producta, & diverſa per ignem coagmentata nobis imponant, quando ſanguinis minima naturalia inquirere ſtudemus.

V. Omnium certiſſimæ ſunt ſanguinis partes integrales: Cruor ac ſerum, ſolo motu confuſi, hincque, poſt ſanguinis emiſſi quietem, ab invicem ita diſcedentes, ut lympha ſupernatet cruori fundum petenti; Cujus ad ſerum proportio vix equidem, pro individuorum ac temperamentorum diverſitate, determinari valet. Seri tamen in ſanis ad minimum decies, imo duodecies plus eſt ipſo cruore. Sed hæc ſunt levia.

VI. Propero ad ipſa minima naturalia, inter quæ pars notiſſima & ſenſibus mox obvia eſt aqua. Sequitur gelatina, ſeu mucilago, quæ è ſero & lympha non minus, quam ipſo cruore, ad ſenſum etiam non gelatinoſo, per macerationes in aqua calida, lentas coctiones, & ſubſequentes, poſt aquam filtratam, evaporationes producitur ſenſibusque patet nunc

 ſub

ſub albuginea, nunc magis fibroſa ſub ſpecie, pro evaporationis gradu vario. De pituita, ceu glutinoſa parte multo, quam mucilago, ſpiſſiori, hinc præternaturali agitur in pathologia.

VII. Salina corpuſcula ſub blanda ſalſedine, aut acrimonia linguam afficiunt in ſero & lympha magis, in cruore minus, ſæpe vix. Cujus autem hæc ſint indolis ſalinæ, & ad quorum ſalium per chymiam enatorum naturam poſſint referri, res eſt intricata. Siquidem hæc ſpicula in ſanguine perinde, ac in vegetabilibus, mihi concipio ceu tenucs, acres particulas ſimplices, plurimas tamen cum oleo tenuiſſimo junctas, paucas cum acido tenui & ſubtili unitas. Quæſtio autem hic non immerito eſt ventilanda, ſintne ſalia noſtri corporis ſanguinisque ejusdem formæ, cujus eſſe cernuntur alkalia volatilia per ignem enata? Et reſpondetur paucis: Alkalium volatilium formam eſſe novam, per ignem aſcitam, & ob particularum congregationem mollem poroſamque; Id quod inde præſertim liquet, quando eadem ſalia, quamdiu adhuc ſub nebularum forma poſt deſtillationem cernuntur in recipiente attenuata, minime cum acido efferveſcunt, ſed tum demum, cum hæc corpuſcula magis coacervata, formam induunt, quam modo innui. Mirorque hinc aliquos modernos phyſiologos, quando de alkali volatili & fixo,

fixo, ceu naturali præternaturalique ſanguinis parte ſunt adeo prolixi.

VIII. Acidum aliquod manifeſtum ſero aut ſanguini ineſſe, nullis equidem conſtat experimentis certis; Siquidem & à ſeri acrimonia ſolanda nondum certus in argumentando tranſitus eſt ad inferendum ſal ſalſum, ſeu ex acido & alkali compoſitum; Illaque acrimonia, quæ omnis in ſanguine ac ſero ſ. n. blandiſſima deguſtatur, per chymiam alkali volatile ſuppeditat, acre aliquod blandum equidem detegit, antea mucilagini aut oleo implicitum, ſalſedinem ſalſam non mox determinat. Paulo manifeſtius tamen acidum, ſed ſatis unitum ligatumque ſubeſt urinæ, proditurque per ſaporem non alkalicum, ſed aperte ſalſum, fere nitro, magis ſali ammoniaco ſimilem. Accedunt & diverſæ ſolutiones præcipitationesque, aliæ per ſpiritum & ſal volatile urinæ inſtitutæ, aliæ per ipſam urinam adornatæ. Quod ſi igitur acidum ſ. n. ingreditur ſanguinem, oportet ſane ut affluat temperatiſſima ſub unione cum tenuiſſimis ſalinis oleoſisque particulis, eorumque ſub velamine. Adeò provida eſt natura in abſcondendo, ne noceat, acido, omniaque vult ſalia crudiora, magisque compoſita, per errorem ſumta cum ſanguine ac ſero laxe tantum miſceri, hinc & præſertim per renum tubulos excerni, tanquam excrementum plane inutile.

IX. Hæcque hactenus conſiderata minima naturalia aquea, gelatinoſa & ſalina præſertim ſunt partes conſtitutivæ ſeri lymphæque, de quibus humoribus eapropter recte dicitur, quod ſint maximam partem aquei, ſatis gelatinoſi, paulo & blande ſalſi: Inter ſerum enim ac lympham ſola hæc eſt differentia, quod iſtud magis ſit gelatinoſum, hæc vero minus, cum ſuæ gelatinæ portionem intra poros partium nutriendarum, à quibus refluxit, reliquerit.

X. Tranſeo ad ſanguinis rubicundas partes, veſiculas iſtas purpureas per lympham cryſtallinam ab æthere vitali motas, quas eſſe particulas pingues, ſeu oleoſas à gelatinoſis probe ſequeſtratas, cum ſalinis intime junctas, & ope motus vitalis ſanguinis peculiari, ſed neſcio quo, modo tornatas politasque, id vel ipſa etiam tinctura ſanguinis purpurea, ſane ſingulariſſima, &, quod ſi aſſeribus adſpergitur, conſtantiſſima, maximeque diuturna teſtatum vult.

XI. Oleum autem ſanguini ineſſe facile ſenſibus patet, quando hic cruor exſiccatus & pulveratus flammam concipit, quod ſi prunis inſperſus; Idemque magis credere jubemur, dum ſanguinis recens extracti guttula aquæ inſtillata partim per hujus ſuperficiem diſpergitur, partim etiam ſub filamenti forma ad fundum ſecedit. Manifeſtius tamen oleum ipſa demonſtrat chymia, notarique huc meretur, plus

lus olei per ignem elici è ſanguine humano, quam cervino aut hirciuo. Cujus phœnomeni ratio perquirenda erit in alimentis, aliis in homine, aliis in brutis: Carne enim veſcuntur homines, potulentisque huc illuc gaudent plus minus oleoſis, ſeu pinguibus; Contra vero bruta paſcuntur gramine ac fœno bibuntque aquam, liquorem equidem ſalia diluentem imbibentemque, non menſtruum pro ſolvendis extrahendisque oleoſis aptum.

XII. Terram proprie ſic dictam, ceu partem elementarem, qui ſanguini attribuunt, eam in oſſibus ſtatuunt, quam falſo autem, ipſa docebit oſſium geneſis: Oſſea quippe compages pluribus conſtat filamentis membranaceis, quæ ſibi mutuo ſuperſtratæ & reticulari inosculatione implexæ, demum applanando conſolidantur, & lente lenteque in lamellas indurantur oſſeas. Succeſſivam hanc voco conſolidationem, eò quod oſſa ratione accretionis primum ſint membranacea, mox cartilaginea, poſtea in filamenta & tabulos oſſeos contorqueantur, conferruminenturque demuu in compagem oſſeam. Ecquis autem nunc ſive membranarum, ſive cartilaginum ſuccum nutritium terreis conſtare ediſſeret particulis, niſi vim vocabulo inferre, aut gelatinam cum Clariſſ *Cranen.* ad terræ partem referre velit?

XIII. Tandem & devenio ad partes multo, quam ut in ſenſus incurrant, ſubtiliores, hinc-

que ad ipſas ſanguinis eſſentiales partes minime referendas, ſpiritus puto, partem illam ſanguinis principaliſſimam, per quam vitalis hic appellatur, hincque ſanguinis ac totius machinæ hydraulico pneumaticæ motorem. Nolo hic autem in demonſtranda ſpirituum, cum ſenſibus denegentur, exiſtentia multum deſudare: Sicut enim eorum motus ſenſusque, hinc ipſi ſpiritus, quod ſi ligatis nervis ſenſus & motus pereunt, evidenter ſatis probantur; Ita & nervorum tubuli, adeò ut viſum fugiant, anguſti, in machina pneumatica, quando per ipſos rarefactos humor cogitur, deteguntur ac poroſi declarantur, manifeſto indicio, fluidum aliquod æque inſenſile, ac ipſi pori ſunt inconſpicui, neceſſariò per eos ferri. Neque hic operoſus ero in determinando ſpirituum numero, aut diſquirenda differentia, qua ſpiritus vitales, animales & genitales ab invicem diſtent potius mihi omnis res eſt cum ipſorum natura in genere conſideranda, in qua dijudicanda, quum ſpiritus ob ſummam ſuam mobilitatem tenuitatemque, per chymiam aut alia experimenta demonſtratu impoſſibiles, nulli rei poſſint æquiparari æquivaleantque; Quid mirum tot eſſe de eorum natura ſententias, quot medicorum fere capita? Siquidem qui eos comparant cum radiis lucidis, particulis ſalino nitroſis, ſalino volatilibus, ſeu urinoſis, ſpiritu vini alkooliſato, aut demum cum æ-

there,

nere, ii equidem aliqua phœnomena, ceu
ertium quid, reſpiciunt, in quo cum hac vel
lla ſubſtantia conveniant, neutiquam tamen
jusmodi ſubſtantiam, cui per omnia & adæ-
uate poſſent comparari, demonſtrabunt.
Multo minus rem acu tangunt, qui ſucculen-
am aliquam, hincque materiam magis ſenſi-
ilem & lentam ipſis tribuunt.

XIV. Communis igitur, ſed generalis, quia
lus ultra non poſſumus, medicorum eſt de
atura ſpirituum doctrina: Quod ſint mole-
olæ ſanguinis tenues, ſubtiles, &, propter
uam elaſticam texturam, ſumme mobiles at-
que activæ; ſeu, ut clarioribus me verbis cum
liquibus phyſiologis expediam, puriores at-
que ſubtiliſſimæ partes ex aere inſpirato & ali-
nentis ſuppeditatæ, & in cerebri, cerebelli ac
nedullæ ſpinalis glandulis ſecernendo magis
depuratæ. De quibus, utpote omnem ſalium
oleorumque tenuiſſimorum ſubtilitatem & acti-
vitatem longe ſuperantibus, ſubtilius juſto nunc
deceptatur, ſintne, eo quod partes ſanguinis
ubtiliſſimæ dicantur, ad principiorum ſangui-
nis naturam reducendi hi ſpiritus, ſeu ſalino
oleoſi & aquei ſubtiliſſimi appellandi? Dari
enim in aëre, tum & in alimentis, præter ſa-
inas, oleoſas, gelatinoſas, aqueas partes, aliam
quandam ſubſtantiam multo tenuiorem & ma-
gis activam, nunquam in ſalia aut olea aſſimi-
abilem, ſumme & illico, ſi libera eſt, refi-

 cientem,

cientem, aſſerere non erubeſco. Quam ſub-
ſtantiam ſive Excell. *Rivin.* ſpiritum vitalem
ſive alii materiam æthercam, cœleſtem appel-
lent, per me licet: In verbis ero facilis, modo
in hoc conveniamus: Hanc tenuiſſimam ſub-
ſtantiam per aera & alimenta (jovis enim omnia
plena) diſperſam, ſpiritum vitalem, ætherem
& cæleſtem materiam, voca pro lubitu, ſola
mobilitate & tenuitate, nullas ſecundum ideas
quibus à veteribus quibusdam philoſophis, &
veteris philoſophiæ reſtauratore *Marco Marci*
hujusque aſſeclis ſpiritus inſigniti creduntur
agere.

XV. Ex his autem quæ hactenus de ſpiri-
tibus prolata, mihi ſponte fluere videntur ſe-
quentia 1. ſpiritus habere à ſanguine ſuum, pro
craſios ipſius & motus ratione impulſum ad
ſecretionem & motum per nervos, eandem-
que cum ſanguine motus regulam: Spirituum
namque in melancholicis motus vel defixus eſt
& tardus, vel nimius & præceps, unde hi ni-
mium obſervantur cogitabundi, hilares aut tri-
ſtes, perinde ac ſanguinis motus eſt liberrimus
ac ſano ſimilis, nunc plane tardus, & cum mo-
leſtia lentus. Phthiſici ſibi ab odio & ira tem-
perare minime valent, quam lubentiſſime etiam
velint: Quo acrior enim ſanguis, eo magis &
continuo turbulentus eſt ſpirituum motus ſeu
eo vehementius etiam ad invicem agitantur
ſpiritus, hincque vel leviter ab externis ob-
jectis

ectis commoti exſurgunt in animi pathemata.
.. Spiritus, quam maxime etiam nobis puri
nt, quia ſubtiles, in ſua tamen craſi æque ac
notu poſſe turbari: Quanquam hic à veritate
onge alieni, hinc deſerendi mihi videantur,
ui ſpirituum craſin ſecundum eadem principia
lina, oleoſa & aquea, juxta quæ ſanguis tur-
ari poteſt, vitiari indeque ſpiritus in ſtatu præ-
ernaturali nimium acres, acidos, ſalinos vo-
tiles oleoſos fieri non putant, ſed contendunt.
Potius igitur omnem modum, quo ſpirituum
raſin turbari poſſe aſſerimus, ab ipſarum ha-
um particularum in motu & tenuitate diſcre-
antia, quæ tamen ex effectu erit colligenda,
textura dijudicari nequibit, derivandum pu-
amus. Rem omnem aliqui his paucis com-
lectuntur verbis: Ætherem alium ſanguini,
ſſe amicum, alium peregrinum & plane he-
erogeneum, hicque conſiſtendum, ultra con-
endendi facultas mihi, neſcio an aliis, non da-
ur. 3. Craſſam nimium videri temperatu-
am, quando ſpiritus dicuntur eodem modo
emperare ſanguinem, quo hujus minima ſe ad
nvicem mitigant, ſeu ſpiritus temperare ſan-
uinem, ſicut à ſpiritu vini acidum mitigatur;
Ad veritatem propius accedunt, qui, ſicut in
piritibus nihil præter ſubtilitatem ac motum
eterminare valent, ita & in eo acquieſcunt
fferto: Spirituoſas partes interluere ſangui-
em ac humores particulares, ut continuo ad

invicem

invicem agitata divulſaque ſerventur eorum
minima, quo motu ceſſante particulas acidas
acido ſalſas, acido pituitoſas &c. magis ſic con
gregatas condenſatasque mox etiam magis fe
rire partium, quas perfluunt, ſolidarum fibra
Sed hæc de ſpiritibus.

XVI. Redeo ad partes ſanguinis elementa
res in ſenſum cadentes, ſeu ejus minima natu
ralia, de quibus quam ſimpliciſſima etiam te
nuiſſimaque ſub mole ſanguinem ingredienti
bus, nunc dicendum, aut ex parte repetendum
erit: Eorum pauciſſima eſſe naturæ ſimplicis
plurima vel ſub unione & mixtione ſanguinem
accedere, vel per crebriorem ſanguinis circui
tum, magis attenuari, attenuata inter ſe uni
ri, aut ſaltem miſceri.

XVII. Sed quorſum hæc omnia de ſangui
ne hactenus prolata? Sc. ut intelligatis, hæ
minima naturalia ſanguinis, quando uniuntu
in eo miſcenturque, mirum in modum ſe in
vicem enervare aut mitigare, in quo craſis &
textura ea naturalis conſiſtit, ut ſanguis fia
temperatus: O mirandam enim æquè ac ri
mandam amicabilem horum principiorum, mi
nimorum, pro conſtituenda ſanguinis tempe
ratura unionem miſcelamque! dividunt ſalina
tenues & volatiles particulæ gelatinoſam ſan
guinis partem, oleoſaſque ramoſas tenent di
vulſas, & ipſa viciſſim hæc tenuia corpuſcul
ſalina coërcentur tenenturque ab oleoſis & ge
latinoſ

:inosis minimis. Acidum sali volatili unitum
ijus attenuandi & dividendi vim nimiam in-
bet, ut ne autem econtra ipsum acidum co-
gulare nimium queat sanguinis gelatinam,
nc cum sale volatili unitum ab hoc infringi-
r: Sicut gelatina præsertim est vinculum &
volucrum salium volatilium, partium acido
lsarum salsarumque, ac sanguinis rubicundæ
irtes per eam coalescunt facilius aut diffici-
us, prout ipsius major vel minor abundantia
nguini est complicata; Ita &, gelatina ni-
ium resoluta, salia hactenus occulta fiunt
anifesta, &, liberius justo in sanguine flu-
tuando, nimium agunt. Aqua demum quan-
o diluit salia gelatinamque, ut motum ipsius
qui valeant, sanguini fluorem legitimum con-
edere dicitur, perinde ac à gelatina præser-
m est sanguinis consistentia, seu ut intra cer-
os limites consistat. Quæ æqualis sibique per
mnia constans minimorum unio ac miscela,
ideque oriunda contextura maxime tempera-
., nomine temperamentum, quod neque ad
ondus sit librandum, neque ad proportionem
rithmeticam mensurandum, sed ad justitiam,
mavis, ad justam proportionem perpenden-
um, id vel inde etiam liquet, quod si consi-
eramus, quam variæ, pro ætatum, climatum
: rerum n.n. usu & diversitate, exoriatur ho-
im minimorum unio, miscela ac ad invicem
roportio, sicque cuidam fere homini sit prin-
cipiorum

cipiorum in humorali maſſa proportio, miſce
unioque ſingularis, ſeu, temperamentum p
culiare; Inde vero & patet, temperament
rum diverſitatem multo eſſe latiorem, qua
ut intra communem quaternarium numeru
definiri circumſcribique poſſit.

C A P. II.

De

Partium ſolidarum teneritate innata.

I.

SEd tranſeamus demum ad noſtram ægram
ut per cauſarum gradus, morborumq
ſucceſſivam ſeriem progredientes, quo
vis morboſum ſuo ordine, &, qua poterit cl
ritate, inveſtigemus. Exordior à partium ſ
lidarum fabrica ſeu conformatione inveſtiga
da, qualis hæc ab ineunte fuerit ætate. Qua
doquidem quo mechaniſmo ad fluidarum pa
tium motus, ſecretiones, depurationes dig
ſtionesque &c. partes ſolidæ ſe habeant per d
verſiſſimam ac ſtupendam ſuorum tubuloru
plus minus anguſtorum fabricam, iſtarumq
motus, textura ſ. craſis & qualitates, pro h
rum robore, debilitate, ſeu, tono varie læſ
mire mutentur, horum alterum aſſerit phyſi
logia, alterum docet pathologia, & ipſa rat
utrumque præſcribit: Quod ſi enim comm

r

is fabrica seu mechanismus in diversis quæ-endus est tubulis, quos omnes ac singulos, eu chordæ forent, expansos, aut mire con-ortos, convolutos, hinc diverse porosos, li-uores etiam perluunt indolis diversæ; Inde apparenter liquet, posse hos tubulos, has bras, quod si sunt teneriores, facile etiam ac imium premi, stringi, torqueri, elongari, orrugari & exsiccari, sicque in hac machina ydraulico pneumatica, de ægra loquor, par-um solidarum functiones & fluidarum crasin otumque à levi errore mox lædi aut turbari arie potuisse.

II. Dum autem de ægra nostra dicitur, *quod incunabulis fuerit tenera aut tenuis*, illa ad te-eritudinem indispositio concipi potest per in-atam fibrarum tubulorumque angustiam ac onstrictionem nimiam, propter quam succo oscido ac nutritio liber transitus & semet in-nuandi vis denegata, ipsique pori pro acqui-enda justa mole non satis ampliari forte qui-erunt.

CAP. III.

De *Affectione hypochondriaca.*

I.

ÆGra *laborat affectione hypochondriaca, quia de dolore quodam compressivo ac constringente in regione*

regione diaphragmatis ac ventriculi, inflatione hypochondriorum cum borborygmis, seu rugitibus præsertim autem assiduo hypochondrii sinistri dolore diu jam questa. Accedunt ructus è ventriculo crebriores & varii, nunc acidi, nunc amari, inflatio ventriculi & phlogoses post pastum, alvus segnis aut obstructa ardor in intestinis. Morborum certe potius syndrome, quam morbus aut affectio morbosa: indeque non mirum, pathologorum animos in inquirenda hujus mali natura & causis adeo esse distractos, ut aliqui in viscere quodam, Ventriculo, pancreat. Virsung. Liene sedem quæsiverint; Alii vicissim in humorum & spirituum vitia culpam & causalitatem conjecerint omnem, eo quod viscerum tonus & functio humoribus debeantur spiritibusque, ac horum pro crasi & dyscrasia serventur lædanturque; Medio tamen tutissime ibunt, qui cum ad humorum, qui primis insunt viis, respiciunt vitia, tum etiam ad viscus aliquod, certum focum cum veteribus reclinant.

II. Dicimus idcirco cum Clariss. *Ettmuller*, *Mangett. & Lang.* mali hypochondriaci materiam esse ciborum cruditates acido viscidas propter menstruum ventriculi acidum nimis glutinosum, minus spirituosum enatas. Inter viscera autem solum accusamus ventriculum ceu subjectum morbosum, cujus quippe tunica inprimis carnea, in hac affectione vel potest esse à potulentis plus justo ingurgitatis nimium

laxa-

xa, vel etiam, ratione conſtitutionis, nimium
nuis ac tenera, præprimis quando refertur ad
oorum molem, vel eos crudos, tenaces ac
duratos; Paucis: Si id, quod res eſt, dicen-
um foret, & niſi à potiori h. e. hypochon-
iorum dolore fieret denominatio, malum hoc
n ſolummodo hypochondriorum, ſed pri-
arum in genere viarum, totius videl. à ven-
culo ad anum usque exporrecti canalis in hoc
nen major, in illo minor, eſſet nominanda
fectio. Quibus perſpectis non ſolus ventri-
li liquor menſtrualis, ſed & inteſtinorum,
is nempe, ſucc. pancreat. & lympha inte-
n. pro hujus morbi cauſis habentur. Cla-
us: Omnes primarum viarum liquores poſ-
nt eſſe acido hypochondriaco inquinati, pro-
erea quod in aliis ventriculus cum inteſtinis,
aliis ſola hypochondria laborent. Demum
inter partes ſolidas affectas recenſeo præſ.
rvos tum ſtomachicos, tum meſentericos,
pote quos ab eodem hypochondr. acido cri-
ari, ſeu, ſpasmodice ſub hac affectione con-
hi in ſequ. audiemus.
III. Aliquam idcirco hujus affectionis natu-
m attingere, omnem minime exhaurire vi-
ntur, qui ejus formalitatem ſolam ponunt in
e ac ſucco pancreatico, vitioſis, hinc p. n.
inteſtino duodeno, ceu parte, ut putant,
imario affecta, efferveſcentibus, hacque ſua
cta contentam ibidem pituitam in flatus re-
C ſolven-

ſolventibus. Sicut etiam diu exploſa, quæ er
deliene, tanquam hujus mali & melancholia
ſede, ſententia.

IV. Sed redeamus è diverticulo in viam, ut
quæ ventriculi atonia, quæ ciborum crudita
tes & moles, qualia menſtruorum ventriculi &
reliquorum ſuccorum vitia, quæve nervorum
affectiones in hac ægra ad malum hypondr. in
ducendum concurrerint, jam ordine, quo de
cet, inquiramus.

V. Primo igitur ventriculus, ſicut reliqua
corporis partes ſolidæ, erit citra dubium, in
pr. ratione tunicæ ſuæ carneæ, admodum te
nuis, hincque debilis vocandus; Siquidem eju
robur & tonus in ipſius tunica ſatis carnea con
ſiſtit, ut per ſuas fibras rectas, obliquas, præ
vero circulares craſſas, orificium dextrum am
bientes, hoc clauſum teneatur, cibis donec i
fluidiorem maſſam ſolutis & plane alteratis. Il
quo magis confirmamur quando, in quorum
cadaveribus robuſti & craſſi inventi ſunt ven
triculi, eos vivos, cœteris tamen paribus, mul
tis cibis citra moleſtiam, & ſatis frequente
ſatiatos novimus. Sicut autem hæc carne
tunica ciborum concoctionem juvat, quand
fibræ, per ſpirituum ſanguinisque impetum in
flatæ, nunc ſuo contractorio motu caloreque
cibos ſatis fovent, rareſcentique ciborum maſſa
renituntur, indeque ventriculi menſtruum i
ipſos cibos conquaſſando altius impellunt; It

vici

cissim, tunica hac nimis tenui, minusque re-
ctante, ventriculus à ciborum mole magis
emitur, *unde dolor in hac ægra post pastum gra-
tivus, & à rarefactis cibis inflatio circa regionem
igastricam affligunt.* Accedit & quod, eandem
) tunicæ tenuitatem, cibi non satis diu in
ntriculo retenti, ad intestina devolvantur se-
icrudi, maxime quod si ipsis intersit aliqua
rimonia stimulans.

VI. Secundo cibi sunt: *Caro fumo aut sale
durata, præs. suilla, lardum, delectatur acetariis,
assica capitata, muria condita, siseribus ets. cru-
s oleribus.* Quid multa? Omnibus ejusmodi
tiari cupit cibis, quorum textura est multo,
iam ut menstruo ventriculi dissolvi queat, te-
cior; Vel quibus inest acidum aliquod inqui-
ans tum menstruum ventriculi, tum etiam
uditates relictas. Ecquid enim dicam de
rnis suillæ ac lardi pinguedine, quorum sc.
ngues, seu, oleosæ partes propter ramosam
xturam, demum & ob interpositam salium
rimoniam tam firmiter cohærent, ut non,
si menstruum ventriculi sit maxime activum,
ssolvi queant? Ægræ igitur liquor gastricus,
ii est acidus ac glutinosus, non spirituosus,
sam penetrare nequit pinguedinem, sed sal-
m corrodit in cruditates nidorosas, præs. post-
iam hoc muriaticum, quod pinguedini sub-
t, sal, per accessum acidi menstrui, & ope
loris ventriculi est extraversum. Dyspepto-

 rum

rum autem claſſi inpr. accenſeo carnes ſale in-
duratas, harum quippe gelatinoſæ partes, ſa-
linæque tenues ac oleoſæ ab incuneato ſal-
culinari, quod indolis eſt acidæ, maxime ſum-
coagulatæ, condenſatæ inverſæque. Succe-
dunt carnes fumo induratæ, quatenus per ſa-
culinare, in quo prius macerantur, tum & pe-
fumum, quo exſiccantur, ſalium copia por-
carnium infigitur, poſtquam particulæ roſci-
dæ, nutritiæ, tenuiores cum ſeroſis, ſub ex-
ſiccandi actu, avolarunt, unde fibræ mag-
contorquentur, ut menſtruo ventriculi ingreſ-
ſus ac ſemet inſinuandi vis non pateant. An-
numeranda & cibis crudis veniunt olera multa
multum etiam aeris atmoſphærici intra ſuam
tenacem compagem complectentia, hincqu-
enormiter flatulenta; Quandoquidem omnia
quo magis flatulenta, quod ſi antlia pneumatic-
conſtituta, eo plus aeris crudi & atmoſphæric-
continere per experientiam certum eſt.

VII. *Facit & ad hanc ciborum concoctionem læ-
ſam, quod edat abſtemia*; Quum tamen ſine pot-
cibi in fluidiorem maſſam nullatenus dilui, ne-
que etiam gelatinoſæ ac ſalſæ partes extrah-
queant: Salia enim ac gelatinæ non, niſi ſun-
ſolutæ, à craſſioribus partibus ſequeſtrari poſ-
ſunt; Et ſicut ciborum maſſa nimium diluta
hinc ſemicruda, orificium ventriculi dextrum
facile elabi poteſt: Ita viciſſim cibi, ob potu-
inopiam, tenacius juſto conglutinati manentes

ſu-

b cruditatum ſpecie immorantur ventriculo,
usque parietibus aliquando adhærent pertina-
ſſimæ. *Recipimus & nimium, quem ægra mox
paſtu exercuit, motum in cauſarum chylificationem
ledentium numerum:* Quanquam enim blandus,
tempore contingens motus, quo chylus à
eculentioribus partibus ſecernendus, aut ſe-
etus diſtribuendus eſt per vaſa lactea, pro ſa-
tari habetur commotione; Econtra tamen,
uod ſi corpus, cibis in ventriculo nondum ſo-
tis alteratisque fortiter agites, per ventriculi
otum contractorium auctum, cibos expelles
inteſtina ſemicrudos, intra quæ magis ad-
uc degenerant in cruditates. Cum igitur tot
tam diverſa ſalia acida & acido muriatica
ruditatibus pinguibus viſcidisque hæreant im-
licita, & intra ventriculum vacuum à liquore
aſtrico influente ſenſim magis extravertantur,
de facile colligere licet, qui ſalium motus di-
erſi, *quæ ebullitiones, & qui inde orificii ſiniſtri do-
lancinans h. e. Cardialgia* ex ſurgere queant.
nſequuntur & variæ eructationes poſt ſalia hæc
agis manifeſta, ſicque in pituitoſas & pingues
ruditates nunc liberius agentia. Sed hæc de
entriculi in hac ægra hypochondriaca affe-
tionibus. Sequamur jam cruditates acido vi-
idas ad inteſtina devolutas: Paſta enim hæc
cida in chylum & fœculentiores partes ſece-
ere nequit intra inteſtina tenuia, propterea
uod ſuccus pancreat. perinde ac menſtruum

 ven-

ventriculi ſit nimium acidus, & bilis ab eoden
acido coagulata, indeque minus extiterit activa
VIII. *Ægra hypochondrium ſiniſtrum hinc ten-
ditur aſſidue, ſæpe vellicatur*, quod cruditates vi-
ſcidæ tendentes, prementes, acidæque velli-
cantes, ob tenuitatem ſuam, commode devol-
vi neſciæ, hæreant inpr. circa curvatam iſtam
inteſtini partem, qua deſinit duodenum, & in-
cipit jejunum in hypochondrio ſiniſtro; Hæ-
que cruditates ibidem magis afficiunt, cum qui
arctius incluſæ, tum & quod inteſtinum ho-
circa jejuni initium ſit magis ſenſile, non pituit
quadam, ſicut reliquum duodenum, ubi com-
mune aperitur bilis & ſucci pancreat. oſtium
pituita munitum, unde acidi ſucci, ad han
tenuiorem & magis ſenſatam curvaturam de-
fluentes, ſpicula ſua acida potentius exſerere &
infigere valent. Hancque hypochondrii affe-
ctionem dolorificam altera, quæ eſt inteſtin
Coli in ſiniſtro hypochondrio, incurvatio ma-
gis in hac ægra auget atque acerbat, eo quod
flatulentæ materiæ intra has cellulas tranſitu
intercipiatur per hanc partem incurvatam.

IX. *Varia audiuntur murmura & borborygmi
ægra præſ. jejuna:* h. e. inteſtinorum motus peri-
ſtalticus à ſuccis inteſtinorum, tempore jejuni
nimis acidis, minus temperatis, vellicando ma-
gis concitatus, magis etiam excitat fortiusqu
propellit materiam flatulentam, ſed intra cel-
lulas aut curvaturas inteſtinorum incarceratam

qua

uæ pulſa repulſaque, ſeu, per inteſtini tra-
ɛum vaga, ob aerem atmoſphæricum inclu-
im, qui formalis eſt flatulentiæ cauſa, edere
lem ſonum valet.

X. *Alvus eſt ſegnis, quandoque obſtructa* 1. ob
æcum nimiam tenacitatem viſcoſitatemque,
ropter quam inpr. Coli cellulis adhærentes &
npactæ, commode depelli nequeunt. 2. Ob
efectum lymphæ inteſtinalis ac potulentorum.
. Ob bilem nimium ſpiſſam ab acido coagu-
ıtam, fœces non ſatis emollientem inteſtina-
emque tubum minus, quam decet, lævigan-
em: Unctuoſitas enim eſt in bile ſatis nota-
ilis, & amarities, quæ in bile veſicaria lin-
guam ferit, in fœcibus nullatenus deguſtatur;
E. non amara aliqua ſtimulante acrimonia, unde
clyſter naturalis vocari poſſet, ad fœcum ſe ha-
bet excretionem, ſed ſua unctuoſitate flexibi-
itatem fœcibus inducit. 4. Neque etiam præ-
tereundæ erunt ipſæ fibræ carneæ inteſtinorum
craſſorum longitudinales, præſ. vero circula-
res, motus periſtaltici organa, quæ ſicut con-
trahendo protrudunt fœces contentas; Ita &,
per aſſiduum fœcum infarctum & flatuum co-
piam, ultra elaſticitatis ſuæ ſphæram continuo
expanſæ, deperdita hac ipſarum vi ac virtute
ſe contrahendi, alvi ſegnitiei, aut obſtructionis
fiunt concauſæ vix unquam ſæpe reparabiles.

XI. *Phlogoſes ſentiri*, ſeu, calorem in genis
ac manuum volis à paſtu notari, id maximam

partem tribuo ventriculo inflato: Quod si enim, vasis sanguiferis stomachicis, ob compressionem tunicarum, sub inflatione æque compressis, ea, quæ alias, non possit descendere sanguinis quantitas, hinc copiosior necessariò ad omnes, quæ supra ventriculum, partes adigitur, indeque calor & rubor ibidem augentur, pedibus sæpe interea frigidis. Quanquam & aliqua salina spicula cum chylosis ciborum particulis, mox & facile solubilibus ad sanguinem abripi, hujusque motum intestinum parum augere posse non abnegem.

XII. Demum & hoc acido hypochondriaco nunc satis, prout mihi videtur, detecto, *ipsam affectionem spasmodicam ordo tangit*, quam doloris tensivi ac compressivi in regione diaphragmatis esse causam, juxta ac, per nervos spasmodice contractos annexa viscera per consensum in malo hypoch. pati, extra omnem mihi videtur controversiam: Nervi quippe stomachici cum intercostalibus sunt non solum nexi, sed & oriuntur è pari vago, octavo, quod ad viscera utrinque demissum, variis ramis in eadem viscera implantatis, hæc counit, & sympathetice reddit affecta, aliquo viscere nervorum ejusdem propaginis laborante.

XIII. Modus autem afficiendi in eo consistit, quod acidum hypoch. cum sero partium affectarum nervos alluens, aut horum vaginulas perluens, easdem vellicando ad crispaturam

tum

um commoveat, ut iis ſpasmodice contractis
olor ſentiatur tenſivus, aut compreſſorius.
dſciſcimus & tanquam cauſam doloris in re-
ione diaphragmatis compreſſorii, quod ſi fi-
ræ diaphragmatis circulares, orificium ven-
iculi ſiniſtrum ambientes, premuntur à ven-
iculo, per flatulentam circa hoc orificium vi-
iditatem nimium diſtento, unde ipſam etiam
uandoque oriri poſſe cardialgiam, practici
ecum fatentur.

XIV. *Demum & in hac ægra*, ſicut in plurimis
ypochondriacis, *indagari meretur, quare vinum,
ſi maxime temperatum, præſ. vero omnia ſpirituo-
, aſſumere minime valeant*, quin illico abhinc
irca ventriculum, aut hypochondria novos
erſentiſcant motus inordinatos (ſpecialiori e-
im nomine indigitari ſæpe nequeunt) aliquan-
o, veluti muſculus ex abdomine adſcenderet,
ercipiant, facile inebrientur, aut torpidi, ver-
ginoſi fiant! Et reſp. hic cum Excell. *Langio*,
auſam eſſe in acido, tum magis aucto, tum
iam, & inpr. magis volatiliſato, hinc inor-
inate agitato, perquirendam. Sentiunt & mo-
um muſculi velut adſcendentis, quando nervi
b eodem acido agitato criſpantur, ſeu, ſpas-
odice contrahuntur. Idemque judica de ſpi-
tuoſis aſſumtis, quibus auxiliantibus abreptæ
ruditates acido pituitoſæ vehementius in ven-
iculo & aliis, quibus lege circuli ſunt adve-
æ, motitantur viſceribus. Inebriandi autem

 vis

vis eidem ad ſanguinem cum ſpirituoſis impetuoſe traducto acido erit in acceptis referenda, ſiquidem hoc cum humorali maſſa ad cerebrales delatum glandulas ipſis, quod ſi nimiùm ſunt teneræ (in hoc enim indiſpoſitio naturalis, propter quam facilius inebrientur conſtare mihi videtur) facile intruditur, earumque pori ſic nimium poſſunt divelli, ut heterogeneæ etiam, præter animales ſpiritus, ſequeſtrentur particulæ, vel ad motum ſenſumque minus aptæ, vel ſpiritus in tumultuarium motum abripientes. Addo & ab eodem acido ſubtiliſato ſanguinis maſſam primo equidem magis commoveri, poſt ſeceſſium autem ſpirituoſarum partium coagulari, lentius moveri, indeque meningum tubulos cerebralesque ſenſibilius premi, ſic vero ſpiritus, pro inordinato hoc motu, non per rectam lineam ferri, ſed, propter interpoſitas heterogeneas particulas, ad latera deflecti, aut quaſi in gyrum agi, vel ipſas etiam medullares cerebri fibrillas, à cruditatibus hiſce tranſlatis inque cerebri vaſa capillaria impactis, paulo premi, unde aut vertigo, aut torpor ſomnolentiaque, quodlibet ſymptoma ſuis à cauſis, producuntur. Hæc tamen ſymptomata cuncta ſub remiſſiori aut intenſiori affligunt, gradu, in quantum vini ſpirituoſæ partes ſunt ab oleoſis plus minus temperatæ, acidumque hinc vel occultum vel manifeſtum. Hinc Gallicum & Italicum, vinum, ceu admodum blanda, &

moſel-

noſellanum, quod ſi ab oleo tenui æthereo naxime temperatum, quævis præſertim ſub paſtu ac parce hauſta, erunt multo ſalubriora cenſenda.

XV. Addere tamen hic & æque prudenti ratiocinio inveſtigare decebit, quamobrem iidem hypochondriaci, id quod & de noſtra ægra impoſterum referetur, à vinis medicatis, ſed blande amaricantibus, idemque dico de ejusmodi ſpirituoſis, bene ſe habeant; Cum à vinis & vini, aut frumenti ſpiritu tam impetuoſe & illico afficiantur? Quæ omnis ratio erit ab agendi & incidendi lentore deſumenda, juxta ac omnis operandi vis abhinc proficiſcitur. Quod ſi enim natura in genere, ipſumque malum hypoch. ſpecialiſſime, temperatis gaudent alimentis medicamentisque; Quanto nunc temperatiora erunt vina ſpirituoſaque, per blande amaricantium additamentum, medicata, indeque lente incidentia, dividentia atque commoventia, utpote quorum (amaricantium) textura blande conſtringente terrea, ac ſalina tenui reſolvente acidum vini non ſolum temperatur, ac in agendi impetu parum ſiſtitur, ſed ipſa & ſpirituoſa ſubſtantia paulo moderatur temperaturque. Inde vero cruditates pituitoſæ penitius, quia lentius, inciſæ, magis etiam temperantur, liberius circulantur, ut cum iſtis vinoſis aut ſpirituoſis amaricantibus diutius commiſtæ, aut ſecedant in primis viis

ſub

ſub ſpecie flatuum, vel ructuum, aut cum ſudore urinaque eliminentur.

XVI. Liceat & demum huc in illud, etiamſi ab hiſtoria noſtri morbi abſit, ſagaci conjectura inquirere phænomenon: Quare Tinctura myrrh. ſub vehiculo aqueo exhibita, in iis fœmellis, quæ hyſtericæ vulgo vocantur, aut hypochondriaco hyſtericæ, tormina ventris, ſæpe atrocia, excitare valeat, quæ eadem myrrha tamen aliàs dicitur uterina, & deſideratæ etiam eſt efficaciæ, quod ſi præpr. cum aliis amaricantibus, ſub menſtruo ſpirituoſo, præparatur aſſumiturque? Ipſa autem ejus vis conſtringendi fauces, quam in quibusdam fœmellis Tinctur. myrrh. exſerit, quod ſi ſub aqueo vehieulo propinatur, facile nos inſtruet; Siquidem per hanc edocemur, in myrrha eſſe ſal acre conſtringens, ac irritans; Seu, reſinam acrem, quæ ſub aqueo vehiculo magis coagulata, facilius etiam adhæreat fibris nerveis inteſtinalibus, ibidemque eodem modo fere vellicet ac irritet, quo purgantia reſinoſa, à cruditatibus acidis primarum viarum, magis condenſata: Quod ſi vero econtra cum aliis amaricantibus, ope menſtrui & vehiculi blande ſpirituoſi in fluiditatis motu ſub ipſo aſſumendi actu manet, tum, ſicut citra coagulum, ita & extra omnem graviter ſtimulandi aget impetum.

XVII. *Ægræ noſtræ fabarum uſtulatarum Caffée*

nec

ec odor est jucundus, nec potus deprehenditur tutus; nolestiam potius tensivam & inflantem circa entriculum procreans, sæpe artuum tremo-em aliquando vertiginem. Quarum molestia-um aliqua pars debetur salibus oleisque, sub ostione empyreumaticis factis hincque varie ntortis; Aliqua etiam ceu effectus erit è sequ. educenda tq causis. Parum sc. inest salis ikalici, quod hisce in fabis ustis pituitosas in-idit cruditates, illudque ab aqua est infractum: Hinc visciditates equidem in ægra paulo divel-untur, sed ita ut per aliquas adhuc quodam-nodo cohæreant particulas. Quæ autem vi-cosæ abreptæ & sanguini inductæ sunt parti-ulæ, eæ in artibus, nervos inæqualiter pre-nendo, tremorem: In cerebro, poros glandu-arum obstruendo, spirituum penuriam, mo-um irregularem ad latera deflectentem, seu, ertiginem inducunt.

XVIII. Quid? Quod ipsa etiam Thea ven-riculo sit molestiæ, sed minori: Thea enim quidem, uti in sequ. audiemus, salibus in san-uine diluendis par est & apta, non æque sem-er pituitosis cruditatibus. Nocet igitur: 1. Quando hanc flatulentam materiam agitare quidem per suum sal tenue, sed minime di-ellere ac dividere penitus valet. 2. Quate-us molem salium in sanguinem advehit, eam-ue, post secessum aquearum partium, relin-uendo accumulat; Quam eandem ob causam

aquea

aquea diluentia hypochondriacis non ſemper ſunt ſalutaria, ſed quandoque noxia, niſi expurgata aliqua harum in primis viis cruditatum parte.

CAP. IV.

De *Affectione Scorbutica.*

I.

S*Corbutica fit, hinc laſſitudine artuum, inpr. pedum, dolore quandoque capitis laborans, demum & nunc in medio oſſium, nunc intra articulos dolori obnoxia vago:* Quemadmodum enim primarum viarum ſucci lymphatici nimium acidi, acido pituitoſi, acido ſalſi, addo & bilem nimis acrem, diſtinctis temporibus, nunc ſoli, nunc cum ejusdem indolis chylo ſanguinem ingredientes, ipſum adeo per vices inquinarunt, ut ex his intemperatis, hinc prævalentibus acido ſalſis particulis demum pronata ſit dyſcraſia acido ſalſa, perinde ſanguinem ac partes ſolidas afficiens; Ita nunc pergo ad ſcorbutum, illam dyſcraſiæ, Cacochymiæ, Cachexiæ, (ludas verbis quibus velis) claſſem, quæ non morbum, ſed morbos varios, ex hac acrimonia oriundos, deſignat atque complectitur: Plurimi etenim practici, inter quos *Highmor. VVillis. Ettmuller.* allegaſſe ſufficiat, quum

uum verbis si non expressis, saltem per bonam
onsequentiam, in eo conveniunt: Materiam
corbuti esse salium acido salsorum, vel muria-
corum in sanguine ac sero prædominium.
Hinc, proprius & accuratius nunc loquendo,
crimonia illa scorbutica, pro ratione partium
nguinis, quibus est unita, aut mista, ut &
olidarum, quas cum sero vel sanguine perluit,
onditione, varie, quia varios producit effe-
cus, est pensitanda. Hæc quippe, inquam,
crimonia, quæ in nostra ægra præsumitur a-
ido salsa, glutinosis sanguinis partibus, dum
as coagulat, implicita, non potest non cir-
ularem sanguinis per capillaria vasa, & par-
um tubulos inhibere motum. Tubulis autem
isce ac nervis, per quos spirituum itus ac re-
itus, pressis, totum etiam corpus, maxime
ero artus sunt lassi atque debiles, eo quod ar-
us sint corporis recessus, in quibus sanguinis
npetus infringatur, præs. tamen sanguini lym-
hæque, à pedibus refluis, perpendiculariter
t adscendendum.

II. Eadem econtra salia intra lympham &
mphaticos humores, utpote tenuiores, in
uorem, ut cum *Zvinger*. loquar, magis acta,
: in glandulis cum lympha sub secretione mi-
a relictaque, jam autem liberius fluctuantia,
olorum variorum evadunt causæ satis effica-
es. Siquidem lympha, intra articulos tum
apita, tum acetabula ossium pro faciliori eo-
rum

rum motu humectans, quod ſi acrior in glandulis ſtagnando facta, rodendo fibras nerveas, aliquam arthritidis vagæ ſpeciem induxit; Eodemque modo, quia eadem egit acrimonia, vago perioſtia potuit afficere dolôre lympha ipſorum perioſtiorum quæ perluit tubulos.

III. Demum & in ſcenam produco cephalalgiæ cauſam, lympham, puta, acrem, per meningis præſ. duræ, quia exquiſitiſſimi eſt ſenſus, cerebrum autem nullius, fibras nerveas lente procedentem, aut in iis ſtagnantem, indeque acuminatos ſuos angulos aut cuſpides ipſis infigentem. Neque etiam huc ſilentio prætereunda erit corporis macilentia eo quod idem ſanguis ſcorbuticus tum per acrimoniam ſuam abradat ſuccum nutritium, poris fibrarum nondum ſatis firmiter agglutinatum, tum etiam quia ab acido coagulatæ ipſius ſanguinis partes roſcidæ neque per fibras partium legitime fluere, neque earum poris ſe inſinuare poſſint.

CAP. V.

De *Purgatione Menſtrua.*

I.

Quovis menſe largior, quam vires perferre valent, ſanguinis menſtrui fluxus ſatis doloroſus in hac fœmella eſt ſcorbutica: Cujus

nimii

mii fluxus cauſæ p. naturales ut eò magis
ucefcant, hinc juxta naturales erunt ponen-
e. Harum autem natura doctiſſime indagari
ihi videtur in *Bohn. Circul. Anatom. phyſiolog.*
ogymnaſm. de purgat. menſtr. Liceat ideo ſe-
ientes ex hoc fonte deducere rivulos. Pri-
ius eſt; Quod nulla equidem peculiaris ſit
xui ſequiori organorum, digeſtioni inſervi-
itium, conformatio: Non copioſiori præ vi-
; ſanguine ſcateant fœminæ, utut fœtui a-
ndo dicatæ, nec alius hinc & peculiaris ſint
mperamenti; Quandoquidem aliàs virilis ſe-
is pluribus polleret ſpiritibus, eo quod ovulo
dere debeat motus principium, ac teſticulos
: alterum eſſe cerebrum, ſpirituumque no-
im officinam cum *Borello* ſentiendum foret.
ttamen velut in utriusque ſexus digeſtionum
ganis ſuperfluum quid elaboratur, quamdiu
as fœtui generando, fœmina ipſi alendo ſunt
cati; Ita & alterum nunc deduco rivulum,
rtiſſimum hoc argumentum: Fœmina fœtui
endo eſt attributa, ergo plus chyli ac ſangui-
s in ea elaboratur, quam ſoli impenditur;
eu, tot ſucci nutritii cum ſanguine colligitur,
iot pro matris ac fœtus nutrimento ſatis eſſe
oteſt; Quæ exſuperantia fœtu non concepto,
b nomine ſanguinis effluit menſtrui. Quan-
oquidem autem nunc ſatis manifeſte haben-
ir pro ſanguine menſtruo illi ſucci, qui in gra-
iam fœtus collecti; Hinc & eosdem eſſe ali-

quam

quam abundantiam, ſeu, plethoræ ſpeciem ul-terius mox liquebit, propterea quod nulla hoc menſtruum profluvium naturale ſequatur vi-rium jactura; Ipſi ſuppreſſo accedat virium de-bilitas, eundemque fluxum inhibitum reſti-tuat venæſectio. Quo ipſo & vera eſt hæc, tanquam tertius rivulus, ſequela: Hos abun-dantes ſuccos, extra geſtationis lactationisque tempus, per ſua evacuari, ſtatis temporibus, vaſa, in quantum non ſola vaginæ, ſed & to-tius corporis vaſa paulo erant preſſa. Omnis autem menſtruæ purgationis formalitas hæc eſt: Quod, fluxu ſanguinis menſtrui inſtante, va-ſorum plenitudo equidem adſit major, ſed ta-lis, quæ per ſuam molem ea ſola aperiat vaſa, intra quorum anfractus reticulares motus ſan-guinis ſit omnium lentiſſimus, quæve propter ſuam mollem, cui interponuntur, texturam poſſint facile recludi. Vera habitudo ſexum fœmineum à maſculino ratione purgationis menſtruæ diſtinguens.

II. Ipſa autem hæc ſanguinis menſtrui, ut ad cauſas propius accedamus, exſuperantia, ceu ſtimulus primarius, oſcula vaſorum aperire videtur, perinde ac moles illa regurgitans alia vaſcula reſerat, quæ ſuo tono nequeunt reniti ſanguini alluenti; Et ea ratione hæc evacuatio naturalis denominari poſſet hæmorrhagia ſim-plex, ſeu, evacuatio è ſanguinis exſuperantia ſi non ſolummodo, ſaltem potiſſimum oriunda, cum

um citra omnem inchoet abſolvaturque mo-
ſtiam (ſymptomata enim ab *Ettmullero* annu-
erata: Phlogoſes, dolores lumborum tenſi-
i, gravativi ſunt confectariæ ſanguinis à ſcor-
utico ſale impuri moleſtiæ) ſine quavis virium
ctura; Solaque hæc inter menſtruatam, &
on menſtruatam, utramque æque ſanam, in-
rſit differentia: Menſtruatam ab errore ali-
uo diætetico poſſe facilius lædi.

III. Quæritur autem hic non immerito, an-
on & aliqua aucti motus inteſtini ſpecies, or-
asmus, turgeſcentia ſit menſtruæ purgationis
auſa ſocia? Et reſp. quidem, quod neque men-
ruatæ ſanæ illam perſentiſcant, neque etiam
ipſarum anatome aliqua vaſorum diſtenſio
ajor fuerit unquam obſervata; Ipſius nihil-
minus ſanguinis menſtrui, quando per vagi-
æ vaſorum anfractus lente profluit, minima
irituoſa & ſalina tenuia, poſt aliquem ſeceſ-
um à gelatinoſis, quibus implicabantur, par-
bus, fortius vel lentius, pro ſalium ſpiritu-
mque prædominio, ad invicem agitari (non,
ropter ſolam ſanguinis intra ſpermaticarum &
ypogaſtricarum arteriarum anaſtomoſes com-
iiſtionem, in turgeſcentiam rapi) inde præ-
rtim concludimus 1. Quod in fœminis hu-
anis cupidines venereæ, etiamſi paulo de-
ulſæ, mox renaſcantur, & aſſidua fere adſit
arem admittendi habitudo; Cujus manifeſta
tio penes ſanguinem ac ſerum videtur, poſt

 ali-

aliquam depletionem mox rurſus accreſcentes, turgeſcentes, & qui inde genitalium molliſſimam texturam titillant commouentque. Huic vero aſſerto vi contrariorum aliquod accedit veritatis teſtimonium, quod brutæ fœminæ non ruant in oeſtrum venereum, niſi præeunte aliqua humorum turgeſcentia, & per aliquam cruoris aut ſanguinis ſeroſi ejectionem, quod ſi non imprægnantur, deferveant. 2. Manifeſtum etiam turgeſcentiæ ſub menſtruo fluxu τεκμήριον erit deducendum à tumultuario ſanguinis menſtrui per alia vaſa motu, quando vaſculis & oſculis uteri obſtructis, aut arcte clauſis, ipſi denegatur exitus. 3. Quod ſub ipſo ſanguinis menſtrui ad effluendum conamine, clarius, orgaſmo, ſed irrito, aut juſto debiliori, fluxus poſſit per omnia ea promoveri, quæ particulis activis acribus, ſalinis tenuibus eum magis commovent. O! benignam naturam, quæ in ſubſidium laborantis uterini ſanguinis providit, ut hic nimium lentus, intra vaginæ vaſorum autem anfractus, auxiliante turgeſcentia, ſpirituoſior factus, oſcula vaſorum magis diſtendere ac rumpere valeat, cum per ſuam molem non poſſit; Sicut motum æque molem propellere ſanguinem è ſuis vaſis, & maſſam rareſcentem excreſcere in majorem molem plethora ſpuria nobis deinde monſtrabit.

IV. In quantum etiam ſanguis uterinus (liceat hic paulo exorbitare) ad exitum quærendum

poſſit

oſſit ordinarium extra tempus, per aliquem or-
gaſmum ab extra impreſſum, ſtimulari moveri-
que, huic aſſerto ſuffragatur, quod 1. fœminæ
lentur, largiter aliàs menſtruatæ, quæ toties re-
idunt in ſanguinis uterini, ſed parcius, quam
ub purgatione menſtrua, profluvium, quo-
ies animo excandeſcunt graviter 2. per blande
maricantia, aromatica cum mediocriter pur-
gantibus juncta ſanguinem menſtruum, tardius
arciusque fluentem, poſſe aliquando exſuſci-
ari citius ſolito, ac cum euphoria. Accedit
n veritatis deſtimonium 3. me noſſe fœminam,
quæ, utut menſtruali fluxu uberrimo tentata,
ecidit tamen in fluxum menſtruali analogum,
quod ſi mox à fluxu ceſſante induſium induit
noviter lotum. Mirum phænomenon, & quod
anquam heterocliton primo apparet intuitu!
Poſſe per ejusmodi induſii effluvia humida pa-
rum frigida pauloque (ob ſaponis & lixivii re-
iquias) ſalina alkalica, fibris nerveis, quæ ex-
teriores cum interioribus mire conſentiunt, va-
rie conſtrictis ac irritatis, ſanguinem rapi in
novum orgaſmum, quo vaſa vaginæ denuo a-
periantur; Cum & æque notum ſit, quod men-
ſium fluxus, præſertim lentus ac parcus illico
& in medio curſu queat ſupprimi, induſio con-
ſimili ſimulac induto. Omni fide tamen major
eſt 4. aliqua à me obſervata fœmina ſcorbutica,
& aliquot retro annis ex ſcorbuto paralytica,
quæ, poſtquam nunc reſtituta, non, niſi tem-

 pore

pore verno per unum aut duos menſes aliquod menſtruale patitur profluvium, breviquc poſt, nunquam alio tempore, ingravidari poteſt. Quorſum autem hoc ultimum argumentum? Sc. ut intelligamus, & propter effluvia florum germinumque, & propter ætherem moderate à ſolis acceſſu propiori motum, eſſe ipſum Aerem magis tunc temporis efficacem, ut ſanguinem hunc eadem de cauſa nunc ſpirituoſiorem factum, concitare magis poſſit in turgeſcentiam, vaginæ vaſis aperiendis adæquatam.

V. Quo ipſo & iis occurro, qui cum illuſtri *Boylio* à terræ fermento, per ſolis teporem verno tempore excitato, argumentantur ad uterinum, indeque ſanguinis orgaſmum vocant fermentativum: Habeat etenim macro & microcoſmus convenientiam egregiam; Habeat & ſanguis ſuas cauſas, unde orgaſmus ille menſtruus exſurgit. Utrumque tamen terræ uterique fermentum manet æque incertum, &, ut verum fatear, fermenti vocis limites iis ſunt multo, quam quidem per philoſophiam deceret, latiores, quando hunc inteſtinum motum, à ſolis tepore excitatum, ſub fermentationis claſſe comprehendunt. Addo & glandularum virtutem elaborandi fermenta eſſe mere fictitiam, adeoque & Clariſſ. Harderum in glandulis uterinis præter lympham, quæ tamen ſecundum leges ſatis eſt blanda, nullum ulterius demonſtrare poſſe liquidum; Hanc autem qui

pro

ro fermento venditat domeſtico, ludit in voce,
ab hujus ſignificatu quam maxime eſt alie-
us. Hinc & ea huc maneant intacta effluvia,
uæ, ex ovulis maturis exhalantia, primo ſan-
uini menſtruo dicuntur eſſe ſuſcitabulo.

VI. Derivemus demum & ſanguinem men-
ruum per ſuos canales, de quibus controver-
tur, ſintne hæc vaſa ſolius uteri, aut cervi-
is vaginæque ſimul, an effluat ſanguis ſolos
er vaginæ canales? Ratio tamen ac experien-
a iis aſſentiri videntur, qui per ſola vaginæ
aſa hoc lunare tributum in ſtatu naturali ex-
olvi aſſerunt; Siquidem Viri Doctiſſimi Ca-
ol. Piſo, Bohn. Lang. in menſtruatis diſſectis
olam ſanguinis menſtrui ſpurcitiem in uteri
agina, ipſum uterum mundum ac purum, æ-
ue arcte, ac aliàs compactum ſuaque vaſa ca-
illaria ſolidas intra tunicas firmiter occluden-
em obſervarunt. Inter rationes autem hæ
unt potiſſimæ: 1. Quod utero ſoli nullum
eveniat ab hoc profluvio levamen, multo mi-
us purgamentum, ſed toti corpori, cui per
xtremitatem aliquam hanc ſanguinis exſupe-
antiam evacuari ſat eſt. 2. Quoniam vaginæ
extura eſt multo, quam uteri, mollior & ma-
gis laxa, cujus hinc vaſa, per interiorem va-
ginam diſperſa, multo minus ſuo tono reſiſtunt
anguini alluenti; Quæ ipſa & ſola ſtructura
uic ſanguini exſuperanti emittendo ſic apta
ata, omnem componere poſſet litem. Addo

tamen & 3. Menſes etiam fluere in gravidis; ſanguinisque menſtrui notabilem ſæpe quantitatem per aliquot menſes, aliquando brevi ante partum ejici, citra abortum, aut lochiorum imminutionem; Cujus phœnomeni obſervationes paſſim leguntur: Ego fœminam accenſebo, nunquam menſtruatam, quæ ſexto vel ſeptimo geſtandi menſe copioſum, & in modum menſtrualis fluxus, patitur quavis ſub ingravidatione ſanguinis profluvium, & æque largum nihilominus lochiorum poſt puerperium fluxum. Manifeſtum argumentum, menſes & lochia ex una eademque uteri parte non ſcaturire.

VII. Sed nunc ad rem h. e. *ad nimium & ſatis doloroſum ſanguinis in noſtra ægra profluvium menſtruum*, cujus cauſa partim equidem eſt ſanguis, intra vaſa hujus, etiamſi teneræ & macilentæ, fœminæ parum exſuperans, præſertim tamen per ſuam acrimoniam acidam, vel acido ſalſam oſcula vaginæ uteri erodens, hincque largum cum ſumma moleſtia effluxum concitans: Sicut enim ſub quovis purgamento naturali tot ſanguinis effluit, quot vaſcula venoſa preſſit undique, ſeu, nimium dilatavit, hicque effluere deſinit, poſtquam hæc vaſa, & præſertim eorum oſcula, non ulterius preſſa, per ſuam vim elaſticam priori anguſtiæ reſtituuntur; Ita fœminæ etiamſi teneræ, modo ſcorbuticæ, gravem ſanguinis ac virium patiuntur

untur quovis menſe jacturam, propterea quod
ic uterinus ſanguis, tardius progrediendo,
arum acrior factus, oſcula vaſorum erodat,
: ſæpe dilaceret, unde, tum quia eroſa, tum
uia tenera, tardius ad priſtinam redeunt an-
uſtiam, & difficulter ab eodem, qui ea dila-
eravit, ſanguine, poſt impetum retuſum, con-
lidantur. Mira enim res! Eundem ſangui-
em, poſt vaſa depleta, eſſe balſamum con-
lidans, qui ſub ipſa exſuperantia inſtrumen-
um fuit aperiens, aut diſcindens. Imo eodem
x ratiocinio patet, quare fœminæ, communi
omine bilioſæ, ad quas ſiquidem & noſtra eſt
eferenda, ſæpe brevioribus evacuentur perio-
is. Demum vero, ceu in coronidem, huic
octrinæ impono, vaſa ſanguifera in teneris
œminis non propter ſolam integumentorum
enuitatem eſſe turgida, & magis conſpicua,
ed & revera ſanguine turgere uberiori, quam
ſarum corporibus in nutrimentum poteſt im-
endi, eo quod parum ſucci nutritii, ut antea
ictum, poris partium ſolidarum nutriendarum
ſinuetur inhæreatque, ſed omnis intra vaſa
ccumuletur.

VIII. Satis autem luminis nunc iſti acceſſit
. noſtra ægra phænomeno explicando, *quare*
ipſe thea potus, menſibus fluentibus parum larga
anu aſſumtus, hunc nimium fluxum illico magis
mmoverit exacerbaritque: Quod ſi enim potu
eæ primarum viarum cruditates acido ſalſas,

 flui-

fluidiores factas, ad sanguinem & viscera magis abripi, demum autem, post avocatas eductasque tenuiores partes, cum quibus accesserunt, serosasque, eadem salia in sanguine accumulari, aut, ab ipsius theæ potus accessu, salia in fluorem magis agi, nunc, ut priora repetam, in promtu est. Hinc idem potus menstruo huic fluxui est exitio, cum quia salium copiam ad sanguinem vehit (diluendi enim vis in potu theæ est potissima) tum & quod sanguinem reddat tenuiorem, saliaque sic secum in abditas magis fibras & vasorum oscula rapiat. Teneris igitur in hac fœmella macilenta vasculorum vaginæ osculis à sanguine tenui nimium laxatis, ab acri autem sale divulsis, aut rosis, non potest, quin sanguis majori cum impetu, uberiorique sub mole prosiliat. Eademque ex efficacia aliam quandam fœmellam æque teneram, & quovis aliàs mense menstruatam largissime, postquam septem menses fuerat gravida, ex potu theæ affatim hausto, incidisse in hæmorrhagiam uteri gravissimam, hincque in abortum incurrisse probe memini, ut plurium hic taceam ejusmodi observationum. Facile autem nunc liquet, (ut hæc tanquam in parenthesi annotem) quare non solum thea multis hypochondriacis, dum vacuus ipsorum est ventriculus, nociva sit, sed & qua ex ratione per se non minus, quam recensitis ex causis, viam in macilentis paret ad intensiorem

macilen-

acilentiæ gradum (der Thée zehret/) & quo-
odo per ſalia à primis viis, ad ſanguinem &
ſcera traducta dyſcraſiam augere, horumque
num lædere magis queat.

IX. Eademque explicandi facilitate nunc
a patebit quæſtio, *quare ægra abortui ſit adeò
noxia:* Primò enim vaſorum uterinorum te-
ues ramificationes in placentam uterinam in-
rtæ propter teneram ſuam texturam æque
cile poſſunt dilacerari, ac vaſa vaginæ. Se-
undo propter tenuia hæc vaſa placenta uterina
on ſatis firmiter cum utero eſt nexa: Uteri-
am enim hanc placentam utero non ſola ſpon-
oſa & pulpoſa intercedente ſubſtantia adhæ-
ere, ſed & revera tenues quaſdam ramifica-
ones uterinas in placentam exporrigi, id in-
ctiones cum cera inpr. confirmant. Tertio
candeſcentis ægra eſt animi & valde labo-
oſa. Iram tamen eſſe abortus cauſam potiſ-
mam, qua ſicut ſpiritus animales, ita & ne-
eſſariò ſanguinis molem in vehementiſſimum
otum rapi (minima ſanguinis diviſa ac tenuio-
ſpirituum motum ſequi) inprimis ſanguinem
orbuticis ſalibus onuſtum ſub iſto impetu vaſa
nerrima uterina dilacerare poſſe in confeſſo
t. *Facile igitur abortit*, ægra quia ſanguinem
m per vaginæ, tum per uteri vaſa facile pro-
ndit: Omnem enim & quamcunque gravem,
iam narium, hæmorrhagiam abortus ſequi
oteſt, quoniam cum ſanguine ſuccus nutri-
tius

tius fœtui detrahitur. Præſertim vero per uteri hæmorrhagias uterus, magis ſubſidens, hincque anguſtior, fœtum hac moleſtia ſtimulat ad ſui exitum, ſoluto placentæ cum utero nexu: Addo & ſanguinem in hac ægra ſub abortu effluentem, ob inſumtas in fœtus nutritionem particulas alibiles, citra dubium fuiſſe acriorem & magis ſtimulantem: Graviſſima enim ſub primo abortu fuit ſanguinis jactura.

C A P. VI.

De

Fluore albo.

I.

ÆGra noſtra, poſtquam nimio ſanguinis menſtrui fluxu aliquandiu tentata, demum & affligitur fluore albo per aliquot menſes diuturno, ita ut, quoties deſiit fluxus menſium, toties inceperit liquor ſeroſus tenuis, quandoque lacteus ad inſtar cremoris ptiſanæ, ſæpe fere indeſinenter, aliquando per vices ſtillare è genitalibus, ſed citra dolorem moleſtum. In cujus affectus natura penſitanda primo manifeſte patet, eſſe hunc fluxum à menſibus albis, ſeu, ſanguine menſtruo pituitoſo plane diverſum; Secundo diſquirere nolo, utrum per uteri rheumatiſmum cum *Primeroſ.* & *Charleton.* expreſſius indigitetur hic morbus, an fluor al-

bus

s ſit terminus magis adæquatus: Ambo enim
ec nomina unum denotant idemque. Neque
gonorrhæa mulierum ſimplex abhinc mul-
m abludit. Quid ſi igitur nunc dicere au-
rem, idem poſſe retineri fluoris albi nomen,
juscunque etiam conſiſtentiæ colorisque fue-
liquor, & quocunque effluxerit tempore,
ve ſub coitu & per alias vices, ſive magis aſſi-
ue, quid tum poſtea? Ut tamen verbis uſu
ceptis, ſed paucis, me expediam, inde di-
: Hunc, qui in hac ægra eſt, affectum fluo-
albi, ſeu, uteri rheumatiſmi nomine eſſe in-
gitandum, quia fluxus fuit frequentiſſimus,
pe aſſiduus; Inque eo à Gonorrhæa diſcre-
iſſe ſimplici, quod hæc magis affligat ſub
itu: Multo autem minus gonorrhæam vi-
lentam appellari poſſe, utpote cujus inva-
endi modus ſit cum dolore vellicante, roden-
, ſicut ſerum ejus eſt corruptum ſanioſum
rtes vaginæ uteri magis erodens.

II. Peccat autem in hoc fluore albo non ſo-
m ſerum per copioſum ſuum ad glandulas
cerinas cum ſanguine affluxum, copioſamque
nc intra earum tubulos ſecretionem hos ni-
ium laxans, ut intra fibrarum contextum
on ſatis diu contineri queat; Sed & acrimo-
a immiſta non equidem manifeſte rodens,
odo fibrillas, tenuiſſimas glandularum vaſo-
imque excretoriorum paulo ad contentorum
xcretionem irritans, forſan etiam inſenſibili-
ter

ter paulo exedens, ut ex ipſis tum magis laxatis, tum & parum eroſis fluant liquores, ſimulac ſub aliqua mole ad turgeſcentiam glandularum ſecreti; Sicut in coryza id aperte liquet: Seu, ſerum rariſſime ſolum abundat, ſed frequentius acrimonia plus minus ad aciditatem inclinans, quam & hic eſſe cauſam materialem, ipſa ægræ dyſcraſia ſcorbutica, de qua ſuo loco, ſatis ſuperque evincit.

III. Neque etiam nunc abſconditæ manent partes ſolidæ affectæ, quas eſſe glandulas vaginæ uteri, inpr. proſtatas, è quarum lacunis copioſa ſtillat colluvies, partim nimium laxas, ut intra poros ſic magis patulos uberior fiat ſecretio, partim etiam paulo exeſas, aut ab acri ſero, dum irritantur, magis contractas, in hoc practicorum plurimi conſentiunt.

IV. Sed ſciſcitanda hic erit ratio, *quare largiter menſtruatæ facile etiam extra menſtruationis tempus, idem quod noſtræ ægræ contigit, fluore ægrotent albo?* Explorandaque veniet cauſa à qua ſerum, in relatione ad cruorem, nimium abundet poſt nimios menſium fluxus. Et reſp. omnem formalitatem, cauſamque eſſe penes refluxum, celeriorem in ſanguine per ſuas venas, tardiorem in lympha per ſua vaſa lymphatica, quam motus tarditatem vel ipſa vaſa lymphatica tenerrima à priori ſatis demonſtrant, ut cœterorum taceam. Quapropter in ſanguinis menſtrui fluxu nimio multo plus effluit ſanguinis

uinis purpurei, quam ſeri albicantis, ſicque
ı, quæ eſt alias inter ſerum & cruorem pro-
ortio, ita ſucceſſive tollitur, ut ſerum in ſan-
uine demum abundet, indeque & eadem pro-
ciſcitur ratio, quare ſanguis poſt enormes
uaſcunque hæmorrhagias, aut, venæſectiones
rgiſſimas demum in dyſcraſiam mutetur plane
roſam. Sero autem abundante, ipſa acrimo-
ia ſub gelatina aliàs occulta, poſt hujus diſ-
lutionem æque in fluorem magis agitur, ut
um ſero in glandularum mœandros traduci
idemque præter naturam agere queat.

V. Sequitur & hoc phœnomenon, ceu ejus-
odi ſubjectis ſatis familiare, evolvendum,
*uare abſtinentia à coitu cauſa queat eſſe gonorrhææ
ulierum ſimplicis, cum tamen à nimio coitu con-
bituque fluxus menſtrui ſanguinis exſurgat multo
rgior?* Huncque nodum facile ſolvere vale-
us, quando conſideramus, ſerum glandula-
um proſtatarum, quod cum alio ſero commu-
e eſt, ſtagnando acrius fieri & corrumpi, quo
iàs, ſub coitu liberiùs erumpente, tubuli ſer-
arentur magis aperti, nullaque imbuerentur
redinis nota. Coitus autem laſcivus, & fre-
uens ſuccumbentis, indeque magis efferve-
entis fœminæ ſanguinem ac ſpiritus in impe-
oſiorem agitat orgaſmum, quo ſanguis flui-
or equidem evadit mobiliorque, ſed &, ob
irituum ſub hac venerea lucta ſeceſſum, a-
ior. Per frictionem demum, qua, eodem
ſub

ſub conflictu, molliſſimæ fibræ afficiuntur, copioſior eſt ſanguinis ad has partes alliſio, vaſculorum major expanſio & oſculorum extenuatio.

VI. Liceat & nunc adea, quod ſi limites, meo caſui præfixos, excedere non videbor, medicamenta tranſire, quibus hic fluor albus feliciter profligatus. Horum autem duplicem claſſem therapia inculcabat rationalis, alteram ſcilicet reſpicientem ipſum abundans ſerum, hinc ſucceſſive evacuandum, ejusque inpr. acrimoniam temperandam concentrandamque; Alteram concernentem glandularum uterinarum tonum nimis laxum, aut paulo eroſum, adeoque exſiccandum, roborandum ac conſolidandum. Serum blande educebant potiunculæ duæ laxativæ, interpoſito legitimo temporis ſpatio, ſumendæ. Pro acrimonia autem acida abſorbenda & pituitæ, quæ ex acido enaſcebatur, inciſione pulverem præſcripſi, in modum quidem panacææ *Anvvaldin. Volckammer.* mutatis tamen mutandis, ſc. è *lap. cancr. ppt. corall. r. ſuccin. ppt. mercur. dulc. & cinnabar. nativ.* Qui pulvis, in quantum cultri cuſpis capit, ſumendus, & præcedebat & interponebatur potiuncularum eccoproticarum uſui, ſumebatur & deſuper. Inprimis vero cum euphoria hauſit per tempus Decoctum *e rad. chin. ſarſaparill. herb. ſcord. fol. ror. marin. ſalv. acut. raſ. lign. ſaſſafr. guajac. cort. citr. raſur. C.C. & paſſul.*

min.

in. quod mane ac veſperi hauriebatur ad unc. . ipſique pulveri antea memorato erat vehi-ulo. Corpus his aſſumtis medicamentis ſem-er erat ad blandum ſudorem quiete adaptan-um. Quam optime autem reſinoſa ligni gua-ci ſubſtantia ſanguinem, ipſius ſordes acres mperando & pituitoſas attenuando, depuret, inime, prout vulgo jactatur, latices noſtros ſiccet, id per multas patet obſervationes. uic ligno, ſi non pares ſunt, ad minimum vi efficacia ſuccedunt *lign. ſaſſafr. & rad. chin.* o purificanda ſanguinis intemperie hinc æ-e inſignes. Demum vero in cura devenie-tur ad ſuffunigia è *fragment. ſuccin. maſtich. fl.* . *r. lavendul. cinam. ac. raſur. lign. juniper.* ſæpe genitalia admiſſa. Quibus omnibus tum in, m externis ita ab hac labe reconvaluit, ut oſequenti ſanguinis menſtrui fluxui, qui erat nor, non denuo ſupervenerit fluor albus: ri enim exſuperantia poſtquam parum im-nuta, ejusque acrimonia magis infracta, u-que cauſa, tum vaſcula uteri ſub menſtrua rgatione nimium perrumpens, tum etiam ndulas uteri ſub fluore albo nimium laxans irritans inde emendabatur parumque tolle-tur.

CAP. VII.

De *Invasione febrili.*

I.

D*Emum & corripitur febre tertiana duplici:* Febrem hanc voco ex duplici tertiana compositam: Non ut, *Sylvio* contradicens, febrium quotidianarum existentiam & invasionem negare animus sit; Sed quum paroxysmus paroxysmo fuerit vehementior, tertiusque primo, secundus quarto, symptomatum gradu, responderit.

II. *Quovis igitur meridie, post parvam horripilationem, æstuabat valde, pulsus erat frequentior: sed & parum adhuc magnus & æqualis.* Quæ omnia symptomata à fermento febrili, materia acri, quatenus post repagula soluta è suo foco sanguini affluit, ejusque misturam ac motum turbat, progenita esse, communi fertur sententia: Facile enim, eo quod varie in diætam semper peccarit, nova tenacior pituita nasci potuit, quæ in vasculo aliquo subsistens, sanguini à tergo insequenti transitum prohibuit, donec hic, stagnando acrior factus, istam materiam obstruentem perforarit, sicque hæ acriores perterebrantes particulæ, sub nomine fermenti febrilis sanguini affluentes, huncque magis agitantes, ipsius misturam ita turbarint.

ut

: motus circularis, inteſtinus, ac fibrarum
ɔnicus, irritando, magis fuerint concitati.

III. Nolo hic autem focum materiæ febri-
; deſignando, aut naturam ejus altius inda-
ındo, conveniatne cum æthere peregrino
ıt ſalibus peregrinis, aliquorum tela in me
ɔnvertere, ne hanc de febb. doctrinam, gra-
iſſimis jam jam difficultatibus ita ut abundet,
enam, in litem plane commutaſſe videar.
ıltem igitur adhuc duplicis paroxyſmi ratio-
: annotaſſe ſufficiat, duplex forſan adfuiſſe
ſculum obſtructum, cujus in altero acrius
rmentum aut plus acris fermenti fuerit col-
ctum.

IV. *Pulſus autem eſt frequens*, ſignum febri-
n pathognomonicum, à ſanguine, ob acri-
oniam ſuam, cordis ventriculos ſtimulantem,
equentius etiam in arterias impulſo, easque
latante. Durus contrectatur propter fibras
asmodice contractas, quæ inde tenſæ, velut
ıordæ expanſæ, ab alliſo ſanguine vehemen-
ıs pulſantur. Magnum demum pulſum, ſeu,
teriæ validam dilatationem conſtituunt mi-
ma ſanguinis ab interluentibus ſpiribus ſatis
lhuc agitata, ipſeque ſanguis per ſuam mo-
m arteriarum tunicas ſecundum omnem di-
enſionem dilatans.

V. *Doloris pulſatiliis cauſa* in genere ſunt fi-
æ ab acrimonia irritante magis criſpatæ, à
ıibus contractis cum intertextæ magis angu-

 ſtentur

ſtentur arteriæ, inde earum dilatatio eſt magis moleſta & pulſans, totiesque dolor ſcindens, aut pungens ex materia acri agitata ſentitur, quoties arteria pulſat. Quod autem in genere hic dictum, ad dolorem circa tempora pulſatilem ſpecialius facile applicari poteſt.

VI. *Sitit inſuper*, quod per calorem æſtumque ſanguini multum humidi decedat 1. enim per motum ſanguinis minimorum concitatiorem non poſſunt non ſeroſæ & ſpirituoſæ partes, ceu materiæ in ſe ſatis mobiles, in auram inſenſibiliter diſſipari 2. ob motum progreſſivum auctum, hincque frequentiorem ſanguinis per arterias ad glandulas ſubcutaneas appulſum ſeroſæ primum tenuiſſimæ, quamdiu ab acribus humoribus fibræ quævis nerveæ cutaneæ contrahuntur ſpasmodice, tranſpirant; Demum vero craſſiores, poſtquam, temperato magis intra ſanguinem fermento febrili, eædem glandulæ & pori cutis liberius patent, exſudant. Hinc ſaliva deeſt in faucibus, ſic aridis, partim, quod intra glandulas ſalivales conſtrictas nulla ſaliva, partim vero, quod ob inſufficientem ſeri ad cruorem proportionem æque inſufficiens humor ſalivalis ſequeſtrari poſſit. Adſciſco & in hanc cauſarum claſſem amares acres, ſub æſtu magis in ventriculo agitatas, adſcendentes, ideoque fauces urentes cruditates.

VII. *Demum vero ſymptomata parum mitigata* per antifebrilia, præſertim alkalino terrea v. g.

ſpecific.

ecific. *antif. Cr. lap. cancr. ppt. corall. r. ppt. off.* uman. *calcinat.* additis & aliis diaphoreticis fi-is, fermentum acre, poſtquam paulo tempe-tum, blande educentibus per ſudorem: Al-alino terrea enim, tum propter poroſam ter-am texturam, tum & ratione alkalicæ ſuæ onfigurationis, acidam acrimoniam omnium iſſime abſorbent atque infringunt. Mani-ſtum autem alkali eſſe in *lapid. cancr. ſpecif.* ntif. *Cr. & ſtrobelb. &c.* id vel ſolus etiam *ſyrupus iolar.* detegere valet, quod ſi cum hiſce ter-is miſtus, intercedente aqua, diluitur: Illico nim tum virideſcit miſtura. Notatuque hic gnum, (etiamſi fere extra limites) in oſtra-odermatibus multis, addo & cryſtallum mon-n. ut cœterorum taceam, ſub calcinatione ehementiori plus etiam ſalis alkalici extra-erti.

CAP. VIII.

De

Vi frigoris in noſtro corpore.

I.

CErevifiam frigidam cum pane ſiligineo intrito Germ. Eine kalte Schale/ *brevi & avide unius diei ſpatio bis in ſitim, quæ adhuc infe-abat, exſtinguendam deglutiens, inde mox mirum rret, ventrisque torminibus corripitur, quibuscun-ue etiam medicamentis adhibitis, graviſſime lanci-*

 nantibus:

nantibus: Incido idcirco hic in quæstionem ea sane contemplatione dignissimam, qua textura, quave figura particulæ agant frigidæ; Doctrinam sane varias in sententias tanquam distortam: Sunt enim qui, à solis secessu & caloris absentia tantum & privative sic ratiocinantes, frigoris vim in sola partium ponunt quiete; Alii econtra, in efficacissimam ejus vim magis positive inquirendo, vel nitrosas particulas in aëre pronunciant cum *Gassend. Tacken.* frigoriferas, vel ipsas etiam particulas aqueas sub frigore in modum acidi, aut aliorum spiculorum, rigescere asserunt. Sunt & demum, qui, omnia ad motum relaturi, frigoris formalitatem, quæ novissima est opinio, in rectilineo solo, sed & impetuoso atomorum aërearum determinant motu. Quarum equidem sententiarum nullam sibi fere contradicere, sed quamlibet aliquam naturæ frigoris partem attingere etiamsi probari posset, mittam tamen in tradenda torminum à frigore ortorum ætiologia particularum sub frigore quietem, motumque progressivum (in his enim desinit physicus) solaque textura ac figura retentis ad eas me conversam causas, in quibus medicus incipit, frigoris efficaciam in nostro corpore demonstraturus. Quam triplicem asserere possumus; Siquidem omne frigus coagulandi vim præsertim exercet in lympha tenuissima, nunc in sanguine rutilante, nunc intra sua vasa fluctuante, nunc vero

in

glandulis vasisque excretoriis hærente. Imo humores ab eò deprimi repellique posse, id uidem thermometra ad oculum demonstrant, o autem mechanismo, salva circuli lege, em in nostra accidat machina hydraulico eumatica, mox clarius patebit. Sc. à rigi- s istis, quæ instar acidi aut spiculorum de- ribuntur, molecolis corrugari partium fibras olles, vel ipsa, ceu digitis, monstrat nostra itis, quando sub frigore in monticulos, veluti itis anserina, elevatur, ipsumqum frigus hinc, arctando partes solidas, humores perfluentes m coagulare posse, tum etiam, post tubu- s depressos sanguinem ad alia loca copiosius ligi, in hujus positionis certitudinem multa promtu forent experimenta. Demum & à igore ipsos spiritus nostros multo magis quam nguinem repelli & varie agitari posse ipsorum mma tenuitas ac elasticitas vel maxime e- ncit.

II. Transeo his generalioribus *ad ægra tormi- a & horrorem: Cerevisia enim hac frigida simulac Sumta, horret & horripilat totum corpus*, quia er frigus secundum totum ventriculi & inte- inalem illum tractum, quo cerevisia nondum rat calefacta, fibris mollioribus præsertim ner- eis parum constrictis, spiritus animales repel- untur, qui, per elasticam suam texturam re- itentes, & tanquam reluctantes, hanc fibra- um nervearum (mirus enim nervorum con-

 sensus,

ſenſus, quia nexus) contremiſcentiam, horrorem, ſeu motum perturbatum excitare valuerunt. Eodemque modo lympha tenuiſſima inteſtinalis coagulari, ac ipſæ molliſſimæ fibræ, quæ inſunt inteſtinis poſtquam corrugatæ, humores perluentes in ſuo motu detinere potuerunt, ex qua corrugatione cum dolor oriatur, illeque magis acerbus exſurgat, ſuccis ſtagnantibus acrioribus factis; gravia hinc & lancinantia per totum ventrem vago motu inſurrexunt tormina, quorum atrociam &, quæſo, tribuas ipſi forſan cereviſiæ intra tubum inteſtinalem, ob humorum lymphaticorum aciditatem, mox etiam aceſcenti. Eaque tum ratione tenerrimarum fibrarum maxime nervearum, tum omnium lymphaticorum acriorum ſuccorum indiſpoſitio p. naturalis non ſolum hæc, quæ modo relata, acceleravit tormina, ſed etiam auxit exacerbaritque. Tam exquiſitiſſimi ſenſus ægræ noſtræ eſt corpus, ſeu, aërometrum ad quemvis fere inordinatum caloris frigorisve motum impetuoſius juſto mox & illico agitatum.

CAP.

CAP. IX.

De *Abortu.*

I.

H*Os autem inteſtinorum dolores excipit abortus*, intempeſtiva & violenta 1. fœtus, ad minimum quadrimeſtris, excluſio, ujus cauſa immediata in contractione ſeu conulſione uteri, omnibus fere ita conſentientius pathologis, ponitur. Stimulabantur aum ad hanc convulſionem fibræ uterinæ tum erveæ, tum carneæ, non ſolam propter ineſtinorum & uteri viciniam, ſed præſ. ob nerorum, qui inteſtinis ac utero interſunt, connſum; Imo & aliqua in ſanguine erit accernda indiſpoſitio, ceu cauſa proœgumena. Siuidem inteſtina utero proxima, poſtquam ſub orminibus varie agitata, aliquam inordinatam : doloroſam impreſſionem utero induxiſſe ræſumuntur. Potentior tamen 2. cauſa in ervis, quibus uterus ac inteſtina ſunt nexi ompatiunturque ſympathice, erit detegenda: um enim omnes exquiſiti dolores ſint cauſæ, uæ ſpiritus animal. in impetuoſos & inordiatos rapiant motus, inde & evidenter patet, iritus animales per nervos inteſtinorum, facta ritatione, vehementer commotos eodem moi inordinato per nervos uterinos ferri, id quod

 vel

vel maxime ſpirituum ſumma tenuitas & mobilitas edocent. Demum & 3. reſpicienda erit ſanguinis acrimonia, utpote quæ ſicut in genere pro indiſpoſitione p. naali ad abortum habetur, indeque abortui magis obnoxiæ cenſentur fœminæ, prout plus minus ſcorbuticæ; ita & in noſtra fœmella tenera & ſcorbutica ſanguis ſcorbuticus acris, nunc circa geſtandi menſem forte quintum, lento motu magis intra vaſa turgida accumulatus, erit conſiderandus. Præſertim autem notari meretur, quod hujus ſanguinis acrimonia in utero intendatur propter ſeri gelatinoſi, quod in nutrimentum fœtus, indies magis grandeſcendis, fere indies etiam uberius ſequeſtratur, ſeceſſum, hicque ſanguis ideo refluat per venas multo acrior, quàm influxerat per arterias, ita ut nunc, quod ſi uterus ab agitatis inteſtinis & ſpirituum impetu convellitur, hæc uteri contractio à ſanguine acriori, intra ſua vaſa magis commoto, æque evadat vehementer. Et quid multa? Protruditur nunc, aperto, per hanc circa fundum uteri contractionem, orificio interno, fœtus laxe adhuc cum utero cohærens, & aliquod ſequitur ſanguinis profluvium, ſed neque adeo largum, neque adeo diuturnum, ac ſub primo invaſerat abortu.

II. Qua de re dignæ jam, quæ examinentur, illæ erunt *cauſæ, propter quas primus abortus ſatis equidem cruentus, ſed minus fuerit doloro-*

ſus,

r, *posteriori majori cum dolore, sed minori sangui-*
s profusione affligente? Et resp. quod ante pri-
um abortum, onera de loco elatiori desu-
endo, brachia sæpius cum impetu elevarit,
: supra caput extenderit nostra ægra, ex quo
b diaphragmatis tensione seu, respiratione
ohibita musculi abdominis ad interiora vehe-
aenter depressi uterum magis coarctarunt, san-
uinisque molem contentam presserunt. Ac-
edit &, quod sub actione musculorum san-
uinis motus progressivus paulo sufflaminetur,
: hinc per brachia, quamdiu super caput ex-
ensa onus substinuerunt, sanguis non æque li-
ere perfluere quiverit, copiosius hinc versus
nferiora magis depressus. Maxima tamen ad
rimum abortum concitandum efficacia fuit
enes excandescentiam, qua brevi ante abor-
um affecta. Quem animi in nostra ægra affe-
um notanter voco excandescentiam, propte-
ea quod semel atque simul omnem animi im-
etum effundere soleat in eum, cui irata, hinc-
ue vehementior exsurgat causa commovendi
inguinem, postquam spiritus sub ejusmodi
ommotione simultanea impetuose ac inordi-
ate feruntur versus corporis peripheriam;
Hincque etiam dari fœmellas scorbuticas to-
es sanguinem è genitalibus profundentes, quo-
es vehementer irascuntur, antea relatum est:
ege unionis enim corporis cum mente fit, ut
ibitas & vehementes cogitationes sequantur
motus

motus maxime impetuosi in fluidis perinde ac solidis partibus; Quandoquidem ipsos spiritus, ob mirum suum elaterem, vel deprimi, vel exsuscitari posse modo fere incredibili, id multa phænomena me credere jubent. Larga hinc sequitur sanguinis profusio causas, quæ sanguinem vehementissime vel commoverunt, vel presserunt, præcedaneas, hicque sanguis citra dolorem, quia per solam pressuram & commotionem, nullam causam irritantem, profluxit. Secundo autem sub abortu dolor est gravior, jactura sanguinis levior, quum accesserint admotæque sint causæ magis stimulandi, quam fortiter pellendi facultate pollentes.

III. Sed ehodum! *Symptomata eodem fere tempore remittuntur febrilia, quô fœtus excluditur intempestive.* Res æque mira ac rimanda! morbum posse per morbum solvi aut alleviari, & naturam ea, quæ nobis sæpe in perniciem videntur parata, in salutem aut levamen elaborare. Ut autem causæ febrem levantes nunc eo clarius possint percipi, præmittenda erunt quædam morbosa, ceu lucem & lumen vi contrariorum afferentia: Sc. sicut per experientiam in genere certum est, quod aliquæ fœminæ scorbuticæ, quo diutius gestarunt fœtum, eo majori afficiantur assiduo calore scorbutico seu spurio, ob sanguinem, separatis seroso gelatinosis sanguinis partibus, fœtum nutrientibus, spissiorem indies acrioremque; ita

&

in noſtra ægra inclareſcit, quod 1. ipſius
nguis propter ſucceſſive ſecedentes nutritias
etus partes indies etiam ſpiſſior acriorque re-
nat per venas uterinas, quem reliquo ſanguini
mmunicatum aſſiduo aliquo ſcorbutico æſtu
gram noſtram afflixiſſe non ſolum, ſed &, ra-
one ejusdem acrimoniæ ſpiſſitudinisque, ma-
riam pro fermento febrili hactenus ſuppedi-
ſſe probabile eſt. 2. Calor ſcorbuticus ipſum
ſtum febrilem magis auxerit intenderitque.
uibus poſitis nunc facile capi poteſt (ut ad
ſas cauſas, quarum doctrinæ gratia hæc o-
nia præmiſſa, deveniamus) α. ſanguinem u-
rinum non minus, quam reliquam maſſam
unc manere & evadere, in relatione ad prio-
m ſtatum, temperatiorem, poſtquam, ex-
uſo fœtu, nulla ulterior ſeroſo gelatinoſa pars
gratiam fœtus ſequeſtratur β. fermento fe-
ili, ut ne porro tali ſub copia generetur, ma-
riam ſenſim præſcindi γ. ipſum febrile ſ. acre
rmentum, in ſanguine nondum rurſus ſub-
ctum, ſucceſſive magis & penitius temperari
ſanguine nunc dulciori. Paulo hilarior igi-
ur jam eſt ac vividior ob magis regularem &
rdinatum, febre remiſſiori, tum ſanguinis,
um ſpirituum motum.

IV. *Duplex autem hæc tertiana, poſt abortum, idetur in febrem lentam, ſeu, hecticam ſoluta in- vientem:* Poſt quodvis enim prandium volæ anuum calent, genæ rubent, phlogoſes ad-
ſunt

ſunt inſvetæ, ipſæ arteriæ paulo frequentius pulſant, & ſudor nocturnus juſto uberior profluit, ſtragulis ſimulac corpus tegitur, ac quam maxime etiam nolit, facillime excandeſcit. Quæ omnia ſymptomata, tum acrimoniam in ſanguine nondum eſſe temperatam, augerique à nova adventante, tum etiam multas cruditates acido pituitoſas, in flatus reſolutu faciles, reſidere in ventriculo, luculentum ſunt teſtimonium.

V. *Calent manuum volæ ac ipſæ genæ, ſimul rubentes poſt prandia*, quando ventriculus, multis flatulentis cruditatibus acido viſcidis jamjam repletus & paulo diſtentus, eo magis nunc dilatatur, poſtquam vel ipſi cibi in ſe fermentes cibiles motu hoc inteſtino fermentativo in haſce agunt cruditates, vel ipſum etiam ventriculi menſtruum particulis ſuis ſalſis ſpirituoſisque, quum cibos diſſolvere annititur, aliquam inſimul attenuandi vim in eas exſerit, ita tamen ut paulo attenuatæ, non plane diviſæ hæ viſciditates, ſecundum aliquas partes adhuc quodammodo cohærrendo, flatulentiam progenerent. Ventriculo autem hinc diſtento vaſisque ſanguiferis, ut jam ſuo loco dictum, intra ventriculi tunicas compreſſas, æque coarctatis, multo uberior ſanguinis moles ad ſuperiores partes adſcendit, & eas magis calefacit, qui calor præſ. ſentitur in volis manuum, tanquam partibus ob nerveam texturam facile contremiſcentibus.

VI.

VI. Liquet ex anterioribus, *arterias tum tem-*
ris pulſare frequentius: Cauſa enim eſt eadem
rimonia, quæ cum chyloſis à cibo facile ſolu-
libus partibus ſanguinem influens, cordis cavi-
tes adunitasque arterias irritando ad frequen-
orem motum compellit: Quamvis enim ſub
mpore chylificationis illæ cruditates, quam
rie etiam inter ſe agitatæ, plane diſſolvi ne-
ueant, oportet nihilominus ut aliqua per hunc
otum ſecedens materia acris inbibatur à ſero,
cum hoc ſolo, vel chylo ſocio, ſanguini ad-
hatur. Non ſola autem hæc acrimonia no-
, ſanguinem, in ſe adhuc acrem, efficiens
riorem, arteriarum accelerat pulſum, ſed &
erior ſanguinis, poſt ventriculum diſtentum,
lſcendentis quantitas, copioſiùs influendo,
vitates cordis auriculasque tum fortius, tum
iam crebrius ſollicitat. Præſertim quando
b quovis incipiente paroxyſmo craſſior à fer-
ento factus ſanguis minus propelli poteſt;
sdemque ex cauſis phlogoſium ætiologia erit
etenda.

VII. *Deſtillat demum effluitque ſudor largus* è
andulis ſubcutaneis, quæ à ſero acri, ſimulac
creto, illico compelluntur ad contenti hujus
cretionem (ſerum acre autem agitatur à ca-
re ambiente) poſtquam nerveæ fibræ com-
nctæ per impetuoſiorem ſpirituum influxum
nunc contrahunt, & ſuis è glandulis, qui-
s inſertæ ſunt, velut ſpongiolis, ſerum con-
tentum

tentum exprimunt in vaſa excretoria, poros cutis tam conſpicuos, quàm viſum, ob exiguitatem, fugientes.

VIII. *Timor autem graviſſimus, eam demum eſſe in febrem hecticam continentem incaſuram, eſt ab excandeſcentia*, cui, quam maxime etiam nolit, eſt mire ſubjecta, ſignum imminentis febris hecticæ certum, & cujus cauſa per varias explicatur ſententias. Ego tamen, ſepoſitis aliorum de hoc phænomeno ratiociniis, ne brevitati ſtudens extra oleas nimiùm vagari videar, eam puto eſſe rationem probabiliſſimam, qua perhibetur, ſanguinem partim ob ſuam craſſitiem ſpiſſitudinemque continuo vaſcula fibrarumque tuboloſcum moleſtia premere, partim vero etiam lenta ſua acrimonia aſſiduè, hacque magis acerba, fortius etiam ſtimulare irritareque, inde vero ſpiritus, nunquam non vehementius juſto exagitatos, citius & eadem cum vehementia ab objectis externis in motum rapi, addo & animum, ab aſſidua hac corporis turba triſti ſemper paſſione affectum, offendi etiam nunc poſſe, vel leviter, & ipſa offenſione nondum ſatis conſiderata. Quæ equidem doctrina licet in ſe & citra exemplorum ſubſidium ſatis videatur perſpicua, ipſam tamen magis declarabunt melancholici, ſeu cum mœſtitia in ideam aut ideas certas animum defigentes, qui, circulis ipſorum ſimulac turbatis, varios rapiuntur in animi impetus.

IX. *In*

IX. *In præcavendam igitur hanc febrem miscé-*
r cerevisia medicata blande amaricans, cruditates
imarum viarum ac sanguinis incidens atque resol-
ns. Quo ipso nunc disquirenda veniet blan-
: amaricantium textura ac natura, quarum-
.m in nostro corpore sit virium, resolven-
ım ne an constringentium? Ipsa quippe ama-
:antia sive acriora, sive blandiora præter suas
omos stipticas (particulas terreas crassas,)
piosum etiam sub chymica analysi suppedi-
nt sal. volat. spirit. urinos. & oleum, suntque
kalium fixòr. sub calcinatione feracissima.
de vero enatum est medicorum divortium
t dissensus: Aliqui enim, solas atomos stipti-
s in amaricantibus considerando, omnem
ıs vim deprædicant constringentem roboran-
nque vasa; Alii vicissim, inter quos *VVilli-*
m allegasse sufficiat, in amaricantium acri-
oniam, sal & oleum seu sulphur magis intenti
rum vim solam ponunt in resolutione virtu-
nque perhibent attenuativam, quia è textura
ino sulphurea subnatam. Medio ibimus tu-
ımi, hisce tamen sequentibus sub limitibus:
. 1. omnem equidem constringendi roboran-
ıue virtutem blande amaricantibus non de-
gamus, quoniam ipsorum atomi æque ac vi-
stipticæ satis liquent, has autem solis in
.mis viis agere, ibidemque deponi. Non
sse, sicut in china china, cum aliis conjun-
ssimas manere, hincque intestinorum villos,

 ac

ac lactearum venarum oſcula, ob craſſitiem ſuam, eorum diametris majorem ingredi, in hanc ſententiam multas per rationes inducor. Potiſſimam hinc 2. eorum in ſanguine efficaciam tribuimus particulis acribus, ſalinis tenuibus cum oleo æthereo junctis, hancque facultatem ibidem perhibemus tantummodo attenuativam. In clariorem tamen & magis diſtinctam perceptionem addendum erit α. quod nullum alkali volat. ſub tali molli (repeto quæ in cap. de ſanguine dicta) ac poroſa textura, prout per chymiam educitur, in ipſis ſit ſtatuendum, multo minus alkali fix; Sed 2. illas partes reſolventes attenuantesque extare in ſuis vegetabilibus, ut puras ſaltem & ſimplices particulas acres & volatiles, cum pauco oleo tenuiſſimo unitas, quæ in ventriculo per menſtrunm ενεργετικον à terreis ſeparatæ (ſola enim blanda ſolutio & extractio hic fit) aut à cereviſia, lupulo & polenta modice condita, imbibitæ cum lympha, aut chylo, aut potulentis ſanguinem influunt. Quos autem per gradus ſanguis hac amaricante cereviſia fuerit reſolutus diſſolutusque, quo modo ad ciborum digeſtionem ſeſe habuerit id ſequentia mox docebunt.

X. Nolo hic in ipſum amaricantium ingredi campum qui notus equidem eſt è Clariſſ. *VVedel. libris de facultatib. medicam. & amœnitat. mater. medic.* hunc tamen omnium ampliſſimum nobis

bis aperuit *Bausch. in tractat. de hierapicra.*
alo penitius paulo in ipsius cerevisiæ vires
picere, de quibus sane hoc sincerum, non
æceps, nec fucatum erit ferenduu judicium,
as fuisse, therapia rationali omnibusque in-
cationibus, quæ sunt in cura methodica fe-
s hecticæ observandæ, maxime adæquatas,
guinem tutissime ac penitissime purificantes
quor ex natura ac viribus cerevisiæ, hujus-
e usu, non abusu) indeque omnes cerevisias
dem blande amaricantes esse polychrestas,
ibus nullum fere convenientius medicamen-
n humana cura excogitare possit, hincque
isdem notæ vinis medicatis sæpe præferen-
s: Lenta namque ipsarum, hinc penitior,
incidendi vis, quæ cruditates è primis viis
icit sub ructuum aut flatuum specie, tutius
m fœcibus laxando emolliendoque expur-
t; Sanguinis autem cruditates viscidas tem-
ratas attenuatasque eliminat, si tenuissimæ
it, per poros cutis, sin paulo crassiores, per
ium tubulos.

XI. De ipsarum eompositione hinc nota,
od communissima blande amaricantia & aro-
itica ingredientia sint: *Herb. absynth. card. ben.*
t. min. scolopendr. veronic. scord. marrub. alb. rad.
tian. enul. caryophyllat. (notatu dignissima)
r. citr. aurant. ras. lign. sassafr. cardamom. min.
yophyll. aromat. croc. opt. ut cæterorum taceam.
nsultius sæpe adduntur: *Aloe lucid. rhabarb.*
ique colocynthis.

XII.

XII. Si licet ea, quæ ipſe ſum circa cereviſias medicatas expertus, addere, ſvaſu Doctiſſ. *Cnœffel.* qui ſua cereviſia medicata multas profligaſſe phthiſes gloriatur, juveni phthiſi proximo, &, ob hæreditariam prædiſpoſitionem, periclitanti ſequentes miſcui ſpecies blande amaricantes & pulmoni dicatas, in cereviſiæ menſur. xxv. infundendas ℞. *fol. ſcolopendr. M. jv. ſummit. cent. min. Mij Herb. card. bened. betonic. veronic. a. Mj. rad. enul. unc. ij. cort. aurant. unc. j. bacc. junip. M. ij. cardam. min. excort. drachm. ij. inc. & cont. M. uſus* ſub paſtu, doſis pro lubitu. Neque minoris erit habenda in exhaurienda renum veſicæque ſaburra, ſeu expellendis calculis arenuliſque ſequ. cereviſia medicata: ℞. *Herb. card. ben. hepat. nobil. ſcolopendr. chamædr. a. M. ij. fol. laur. no. xv. Aloes lucid. cort. aurant. a. unc. ſem. nucleor. ceraſ. n. unc. j. perſicor. drachm. ij. ſem. nymph. drachm. ij. cardam. min. excort. cubebar. a. drachm. ij. ſem. croc. or. ſcrupul. ſem. inc. & cont. cum ſaccul. indantur cereviſ. menſ. xxv. doſis & uſus ad unc.* novem mane ac veſperi tepide ſumendas. Sed revertamus ad noſtram ægram.

XIII. *Hæc ab uſu hujus cereviſiæ optime ſe habuit, ſatis abhinc nutrita robuſtiorque facta.* Quatenus ſanguis, ex acidi ac viſcidi prædominio hactenus ſpiſſior, per amaricantium texturam ſalino oleoſam jam magis eſt attenuatus, roſcidaque ſic materia nutritia, poris partium intimioribus

ioribus ſe inſinuans, ipſos earum tubulos ma-
s ampliavit nutrivitque. Quid? quod & a-
aricantia per ſuas atomos blande ſtipticas, in
ntriculo aliquandiu remanentes, tunicam
rneam conſtringendo magis roborarint, ut
bi pro penitiori ſolutione ventriculo imman-
rint, quo diutius hæ fibræ per ſuum robur
aſſæ rareſcenti potuerint reniti, inpr. autem
xtrum orificium tenere & ſervare clauſum.
uibus poſitis nunc etiam ſequitur: Ex alimen-
per appetitum auctum nunc copioſius ſum-
chylum æque ſeceſſiſſe ſalſo oleoſum & ge-
tinoſum conſiſtentiæ tenuioris, naturalis,
antitatisve uberioris.

XIV. *Ægra autem nunc emolumentum & in-
mentum corporis ſentiens, in eam, ſed erroneam,
idit opinionem: Cereviſiam eo magis eſſe profutu-
m, quo copioſius aſſumatur, eoque plus virium,
o plus cereviſiæ, corpori acceſſurum;* Nullam id-
rco ulteriorem obſervat in ea bibenda doſin,
d ea ſe ſatiat ſitimque exſtinguit, ac ſi cere-
ſia foret ordinaria. Manifeſtum ſane indi-
um ſanguinis molem integram ſic accumula-
m demumque reſolutum iri certo certius:
eluti enim ſanguinis conſiſtentia, hactenus
iſſior, reſtituebatur naturali fluori à modico
jus potus uſu; Ita nunc, doſi aucta, inten-
rique amaricantium vi attenuativa, ipſæ cru-
tates primarum viarum pituitoſæ, acido pi-
itoſæ & nidoroſæ in fluorem magis actæ,

 per-

perque venas lacteas ſanguinem ingreſſæ, ſalia in ipſo pituitamque auxerunt, ac, varias obſtructiones excitando, vaſa nimiùm dilatarunt ac preſſerunt. (Vera hic ſcribo probatuque facillima: Quandoquidem per ſpirituoſorum quantitatem abuſivam, per ſudoriferorum medicamentorum in ſubjectis cacochymicis, non purgatis, intempeſtivum uſum primarum viarum cruditates æque poſſe ad ſanguinem & viſcera transferri, id in obſervationibus & therapia obvium eſt non ſemel.) Quæ ſanguinis accumulatio ſub plethoræ alicujus nomine comprehendi quiret, eò quod laticis hujus moles facile nunc exſuperare poteſt, ut intra vaſa tenerrima, parum reſiſtentia, vix coerceri poſſit, ipſaque præſertim uteri & vaginæ vaſcula ſibi abhinc arceſſiverint teneritudinem ad rupturam facillimam. Quo plus autem hujus cereviſiæ ſumitur, eò magis etiam attenuari iſtas cruditates ad ſanguinem abreptas, ipſum ſanguinem penitius attenuari, totamque hujus craſin diſſolvi ipſa ratio promittit, & mox etiam nunc per experientiam conſtabit.

XV. *Tandem enim ægra inſcia, aut non attenta in menſtruæ purgationis tempus, inſtante menſium fluxu eandem cereviſiæ medicatæ quantitatem haurit notabilem, doloribusque ventris brevi poſt affligitur, in quos demulcendos aliquem ſorbet theæ potum fervidiſſimum; Sed in tantum aberat ab hoc potu levamen, ut graviſſimus potius ſit inſecutus menſium fluxus,*

uxus, seu, hæmorrhagia uteri maxime enormis: Hoc etenim profluvium nimium tametsi eo, uo mensium fluxum aliàs passa, inciderit tempore, malo tamen istud hæmorrhagiæ nomie, eò quod plurimis pathologis idem arrieat, indigitari, præsertim quod fuerit horenda inundatio, non largus fluxus, ac cum ravibus symptomatibus conjuncta. Sed hæc e nomine, ceu levis momenti re.

XVI. Progredior *ad ejus causam inquirendam*, uam non per solam determino sanguinis imuritatem, tanquam titulum nimis generalem, c varios morbos continentem. Neque & nomen intemperiei, ex humorum quaternione ec. veteres derivatæ, erit admittendum, nisi nguinis partes hactenus explicatas intempeatas prævalentesque numero humorum quaernario substitueris. Ipsam igitur clarius per liquem poterimus indigitare orgasmum, plehoram spuriam, sed sana accedente explicaione: Multum enim rursus interest me, in ausa hujus orgasmi demonstranda, huc senire cum veteribus, qui in genere cacochymiam enominantes, in specie tamen humores biliops, pituitosos, melancholicos, & nescio quos pro causis accusant. Valeantque recentiorum ermentationes, ebullitiones, effervescentiæ, x concursu & conflictu salis acidi & alkalici mpr. oriundæ, de quibus omnibus motibus inestinis, quia salia quæcunque (ut multa pau-

 cissimis

cissimis complectar) in nostro corpore sunt unita aut gelatinæ involuta, hinc diu jam dubia enata, omniumque gravissime dubitarunt *Alph. Borell. & VV. Charleton.* Magis adæquata hujus orgasmi causa materialis sunt illa salina, seu acido salsa spicula, quanquam sine mutuo conflictu, aut acidi ac alkali congressu, agitata. Sufficiat huc salia sub ipso orgasmo liberius & fortius commota, & aquæ motum nimium velociter sequentia, per sanguinem, huc illuc impingendo allidendove, aperire vasorum oscula tenerrima eaque erodere. Quod si autem, quæ causa sit, propter quam salia in sanguine usque adeò libere fluctuent, interrogabis, dicam paucis.

XVII. *Est gelatina sanguinis ac seri nimiùm resoluta*, aqua illa viscida (ad aquæ naturam enim accedit proximè) quæ non per ramosas, sed viscosas oblongas facile & firmiter cohæret partes, illa mucilago, quæ dum sanguis extravasatus quiescit, magis constricta, aut potius ab aere ambiente frigido compressa, serum exprimit contentum; Illud viscidum, quod vulgus in sanguine æque fibrosum sibi imaginatur, ac in sanguine emisso, post quietem, in ejusmodi fibras coit, illud rubicundarum particularum vinculum, salium involucrum, isteque sanguinis moderator pro cujus strictiori aut laxiori cohæsione, aut prout plus minusve aquæ interfluit 1. salia aut magis coercentur

tenen-

ıenturque, aut liberius per ſanguinem flu-
ıant 2. ipſe ſanguis vel craſſior fit, quam ut
· vaſa capillaria aut partium tubulos libere
lli premique poſſit, vel juſto tenuior, inde-
e intra vaſa fibrasque poſſit comprehendi.
quibus & ulterius patet, quod omnis ſalium
ıgulandi aut reſolvendi vis, ipſiusque aquæ
ultas diluens recidat ad gelatinam, ita ut,
ındo ſanguis ab acido dicitur coagulatus,
ius gelatina præſ. condenſetur, in reſoluto,
em eodem ſanguine eadem & gelatina de-
hendatur nimium diviſa attenuataque à par-
ulis vel ſalinis tenuibus vel nimiùm ſalſis.
mum & ipſa aqua ſanguinem nimiùm di-
ns hanc fluiditatem ipſi, gelatinam diſſol-
ıdo, inducit.

XVIII. *Et quid multa? ſanguis proſilit, qui fluiditate tenuiſſima ruboreque floridiſſimo ſatis rque teſtatum vult, ipſius compagem & craſin nimium reſolutam.* Quo circa operam hic deremus, quod ſi nunc, in cauſas hujus hæ-
rrhagiæ ulterius inquiſituri, examinare per-
emus: Utrum nomen orgaſmus omnem
ſæ hujus formalitatem exhauriat, an potius
explicanda per ſanguinis dyſcraſiam ſeroſo
em, aut dyſcraſiam ſcorbuticam: Quam-
t enim harum ſententiarum in hoc ſangui-
vitio citra omnem contradictionem conve-
inde mox liquet, quo conſtat: 1. Gelati-
n ceu aquæ naturæ proximam, poſſe in

F 5 ipſam

ipſam aquam dilui ab aqua, reſolvique à ſali-
bus, indeque ægræ noſtræ ſanguinem, quo
tenuior factus eſt, eò magis aqueum evaſiſſe
2. ipſa ſalia ſcorbutica in hoc ſanguine, reſo-
lutâ gelatinâ, nunc magis prædominantia, &.
poſt conjunctionem cum amaricantium ſalinis
tenuiſſimis partibus, in ſalſa magis verſa, acri-
monia intenſiori contaminaſſe ſanguinem, quæ
acrimonia ſicut adhuc audit ſcorbutica, ſic erit
cauſarum potiſſima 3. hæc ſalia liberius fluen-
tia per violentam aliquam commotionem in
orgaſmum, impetum, erant agenda (qua com-
motione intercedente plethora vera ac ſpuria
diſcrepant) & hoc etiam ſub reſpectu cauſarum
claſſi accedit orgaſmus, de quo mox fuſius.

XIX. Liceat tamen prius me in hos con-
vertere medicos, qui, *ſanguinem nunquam juſtò
tenuiorem fieri poſſe* negantes, me huc ridebunt.
ipſum per medicamenta nimis reſolvi poſſe, aſſertu-
rum. Qui tamen cùm jam diu fuerint per ex-
cell. viror. ſcripta ſolide erudita convicti, ipſa-
que ſanguinis in hac ægre fluiditas nimia, con-
denſatu vix poſſibilis, ulterius edoceat, ecquid
multis hinc in eos refutandos verbis opus foret.
ipſo rei teſtimonio adeo claro? Addam tamen.
etiamſi in ſupplementum, aliqua pauciſſima:
Primo enim omnium partium ſanguinis ad in-
vicem proportio non ſolam ad craſim, ſed &
fluorem legitimam eſt maxime neceſſaria. Di-
ces huc: Fac eſſe ſanguinem tenuem, quid
tum

m postea? Addo & eapropter, sanguinem
ac nimia sua tenuitate aquea laxando fibras &
enetrando nimium per fibrarum poros, vix
osse, pro motu circulari servando, intra va-
ula & fibras coerceri, huncque sanguinem
mis tenuem nutriendis partibus minime esse
ptum, ob gelatinam minime consistentem.
fficacissima tamen vis tam erit penes salia vel-
i de quorum temperatura hic repeto, quod
invicem, quatenus uniuntur aut ramosis seu
eosis partibus implicantur, enervent, ipsique
elatinæ certo modo involutæ, quodammodo
motu teneantur ac fluiditate. Qua igitur
elatina magis soluta, sicut salium motus est
oncitatior, ita & vehementius, & intimius
um aqua vasculis capillaribus, & fibrarum po-
ulis intrusa hæc spicula salina, facile etiam
usculosos tubulos perscindere ac rumpere pos-
, quilibet fere mecum fatebitur. Sed hæc
edicorum sententia enata est sub atmosphæra,
maris Balthici exhalationibus salinis gravissi-
a, & crassa, inque ejusmodi terræ tractibus
bi pisces varii, fumo aut sale indurati, vel
le arefacti, nec non alii cibi dyspepti, caco-
ymi, unde sanguis mire pituitescit, sunt pro
ctu communissimo. Quibus in climatibus
nguinem posse pervenire ad spissitudinem ac
assitiem vix unquam superabilem nullatenus
uidem renuo; Velle vero ab his terræ tra-
ibus diversis eodem modo argumentari; seu,
per

per ſanguinis hujus craſſitiem nimiam quamcunque ſanguinis conſiſtentiam, qualicunque etiam ſub climate, &quorumvis hominum ſub temperamento, determinare, id mentis error eſt & præjudicium non leve. Quæ autem ratio mihi dictat, ipſa experientia eloquitur in noſtra ægra clarius: Sanguis enim profluens omnis, ac ſi eſſet totus quantus arterioſus, purpura rubet, conſiſtentiæque eſt ejusdem tenuis, vix toſtu ſuper prunis poſſibilis.

XX. Graviter autem ægra offendit, quod in menſtruationis tempus, aliàs adeo probe obſervandum, non intenta, eadem cereviſiæ medicatæ, qua alias, ſe jam ingurgitarit quantitate. Notari ſiquidem in genere dignum eſt, & patet inſimul è prioribus, quod fœminæ, menſibus ingruentibus æque ac fluentibus, à quovis errore in rebus non natural. commiſſo (cauſa ab hujus ſanguinis exſuperantia turgeſcentiaque deduci liquido poteſt) afficiantur ac lædantur gravius, quam extra menſtrua, animus citius conturbetur, ac hiſce ſic poſitis, nunc terrores inopinati ſubitique, refrigerationes artuum, aquæ frigidæ præſertim immiſſorum, juſcula piſorum & lacticinia fluxum hunc quovis tempore ſufflaminare illico valeant: Contra vero purgantia, aromata, in ſpecie crocus, ac reliqua medicamenta emmenagoga, animique commotiones: Ira ſubitumque gaudium hunc poſſint magis excitare exacer-

:rbareque fluxum. Indeque in ſpecie con-
eratu dignum eſt in noſtra ægra, potuiſſe
ius ſanguinem accumulatum ac turgeſcibi-
n per blande acrium & amaricantium acceſ-
n, vaſa vaginæ, ut tenerrima, impetuoſe
rrumpere ac ubertim. Quid? Quod ſi ſo-
theæ potus fervidus, alio menſtruationis
npore hauſtus, menſtrua accerſivit, auxit;
:rte jam non poteſt, quin fluxus incidat e-
rmis, poſtea quam, hauſta cereviſiæ ama-
antis notabili quantitate (acri ad ſanguinis
xum jam ingruere volentem ſtimulo) ther-
ɔpoſia theæ fuit æque inſtituta: Vis enim
olvendi, attenuandi commovendique unita
fortior. Quod idcirco tempus in fœmellis
æſ. uberius juſto menſtruatis, ciborum re-
:diorumque ratione, accurate venit diſtin-
endum ab alio, illudque ſagaci animo erit à
:dico animadvertendum, ne inſcius aut non
vertens exiſtimationis jacturam, ægra vita
riculum incurrant.

XXI. Sicut igitur mulierem bis pati mor-
m Helmont. eloquitur; Ita & therapia ra-
nalis inculcat atque jubet, ut in medicamen-
rum uſu, præſertim longinquo, non ſolum
minarum corpus, ſed & uterum animo pro-
leamus usque adeo, num vaſa uteri facile
npantur, & ſanguis ſit ad commotionem
ɔnus: Quibus penſitatis & blande etiam a-
ıricantia, ſub legitima licet quantitate adhi-
bita,

bita, per nimis diuturnum tamen ufum, poterunt fieri emmenagoga, cum in robuftioribus fœminis & quarum fanguis fpiffior, fanguini attenuando refolvendoque effent adæquata; Sic & quæ in robuftis mulieribus folummodo mediocriter purgant, ea in teneriobus, præter catharticam vim, exferuiffe & emmenagogam non femel compertum eft. Liceat hæc, quæ ediſſerui, per unam obfervationem magis declarare: Fœmina tenerrima, maxime fcorbutica, tributo lunari valde fubjecta, valde femper certas ob caufas nunc mœfta, nunc irata, hinc aliquando graviter cardialgica, in demulcenda hæc circa cordis fcrobiculum tormina haurit, fed brevi ante menftruum tempus, quod, quia nunc vagum eft, non periodice recurrens, ignorabat, mifturam fequ. Rec. Aqu. meliff. f. v. unc. iij. hyfter. zwelff. menth. c. v. a. drachm. ij. fal. vol. ol. fcrup. ij. diafc. frac. drachm. fem. cinnab. nat. fcrup. fem. fyr. pap. alb. drachm. ij. M. ad vitr. Dofis erat ad duo cochlearia, ufus matutinus ac vefpertinus; Unde equidem fatis levaminis, ægra autem quatuor ab ejus ufu diebus menftruata facta, largiorem nunc profudit fanguinem, acceffitque aliquis alvi fluxus. Nos in eruendis caufis fequens abhibemus ratiocinium: Largiorem equidem fluxum forfan & citiorem ab hifce aromaticis & acribus potuiffe concitari actum autem purgatorium ab utero irritato infurrexiffe

ſe per accidens: Nervis enim uterinis, ſub
ga menſtruatione fortiter commotis, irri-
i & annexorum inteſtinorum tractus nervei,
le vero motus inteſtinorum periſtalticus con-
atior factus, & uberior emulſa lympha in-
tinalis, ſine dubio ſatis acris aut fortiter ir-
ans, ſicque fœcum molem antea congeſtam
erens; Siquidem hæc fœmella alio tempore,
modum ſcorbuticorum, nunc alvi laborat
gnitie aut obſtructione, nunc diarrhææ ſpe-
. Irritatum inteſtinum rectum vellicabat
uteri vaginam annexam ad largius ſanguinis
ofluvium.

XXII. Aggredimur, via nos eo ducente,
jus enormis hæmorrhagiæ cauſam continen-
n, vaſorum, puta, ſanguiferorum apertu-
n, cujus modum ſtatui triplicem: Anaſto-
ſin ſc. diæreſin ac diapedeſin in propatulo
. Vaſa hinc in noſtra ægra, quatenus per
gaſmum rumpebantur, aperta per anaſtomo-
; In quantum autem per ſalium aculeos di-
erabantur, per diæreſin ſoluta eſſe, ſatis evi-
nter patet. De diapedeſi unquam admit-
ıda valde dubius ſum. Abundet in hac de-
onſtranda quilibet ſuo ingenio. Ipſa magis
rentur diſquiri vaſa, in hoc morbo aperta,
n ateriosa, tum venoſa capillaria, ad ruptu-
n usque ante menſtruationis tempus jamjam
enuata, hinc per impetum turgeſcentiæ
nſtruæ dilaceratu facillima, ſpecialiſſimum
ſub-

ſubjectum morboſum, ſeu, partes ſolidæ primariò affectæ. Arteriolarum autem juxta ac venularum denomino oſcula, propterea quod hic peculiaris orgaſmus utriusque generis vaſcula eadem facilitate aperire potuerit. Adſciſco &, pro ſtabilienda hac opinione, ſanguinis totius effuſi colorem ſumme purpureum, fluorem intenſiſſimum, & copiam, ob exiguum, quo latex effluxit, temporis ſpatium, venarum oſtiolis non reſpondentem. Circa quæ & eadem vaſa adhuc illud reliquum eſt ſcrutinium: Fuerintne uteri, an vaginæ canales? Ubi equidem paucis reſpondere poſſem, quod vaſa vaginæ fuerint perrupta ſola à ſanguine, utpote menſtruationis tempore profuſo, quod ſi pro rato & ſtato ſit, menſtrui ſanguinis vias non eſſe uteri, ſed vaginæ vaſa. Attamen ut ingenue, id quod res eſt fatear: Neque vaſa, neque genitalium pars ſub tali orgaſmo accurate determinari poteſt; Quandoquidem ſanguis adeo impetuoſe commotus varie ac eodem vigore vaſa cervicis uteri potuit aperire, quo vaginæ, ambo æque tunc tenuiora. Cui ſententiæ aliquam, vi contrariorum, probabilitatem affert, quod *Hildan.* duarum meminerit, diuturna menſium ſuppreſſione occiſarum, fœminarum, in quarum altera uteri collum inflammatum, in altera ſyderatum ſub anatome obſervarit. Clarum indicium, quod ſanguis menſtruus ſicut congeſtus ubertim, ita & copioſe

iose prorumpens, vasa cervicis uteri afficere
ueat.

XXIII. Tantum autem hoc sanguinis fuit
rofluvium, ut, potuisse tot sanguinis effluere
er genitalia tempore hoc exiguo, miratu o-
nnino dignum sit. Id quod manifestissime ar-
uit nimiam sanguinis fluiditatem, orgasmum,
: summam per salia perrumpendi vim: San-
uis etenim accumulatus, & per salium exsu-
erantiam resolutus, minus hinc gelatinosus,
agis serosus factus, quanta cum efficacia, &
uot vascula arteriosa perinde ac venosa, or-
asmo aliquo accedente, potuerit aperire, id
onjici facile potest. Prosilit autem eo magis
orrenda moles, quia tenuior hic sanguis vasa
nguifera, impetu cessante, per gelatinam re-
uire ineptus est, effluitque eo diutius, quo
agis est salinus, vasa perscindens, ac irritan-
o motum peristalticum, hinc fluxum augens.
onsiderare & oportet tunicas capillarium va-
rum, sub ipsa plethora spuria sensim magis
ttenuatas.

XXIV. Ægra interea frequentissime affi-
tur syncope gravissima cum artuum frigore
mmo: Cessat enim ad sensum spirituum in-
uxus in nervos cardiacos, hincque cordis ac
nguinis motus, deperdita cum sanguine pro-
tto tota fere spirituum systasi, spirituumque
ater in sensoriorum nervis propemodum est
pressus, eo quod, circulari motu tantum

non plane intercepto, vix aliqui generentur ſpiritus, reliquos exſuſcitantes propellentesque. Artuum frigoris cauſa, me etiam ſilente, nunc æque patet.

CAP. X.

De *Diagnoſi ac Prognoſi.*

I.

Diagnoſis, omnis rectæ feliciſque curationis baſis, nullis clarioribus hic indiget ſignis: Ipſa quippe cuncta è ſanguine proſiliente, ceu fonte, ſunt hauſta tum demonſtrativa, tum diſtinctiva.

II. Prognoſis accurata in determinando generali eventus modo, aut tranſitu in alium morbum eſt facilis ac in promtu: Ægrotantes ex omni hæmorrhagia gravi periclitantur vita: Majus periculum inferunt extremorum frigus ac lipothymiæ: Fœminæ, poſt ſolennem aliquam evacuationem ſuppreſſam, largiter menſtruatæ inde quidem ſentiunt levamen; Contra vero periculum incurrunt omni menſe largiſſime menſtruatæ, tanſitus ſiquidem facilis in cachexiam, aut transmutatio in hydropem. Ætiologiæ peti poſſunt, ubi de exſuperantia lymphæ, poſt ſanguinis frequentes jacturas, dictum. *Prognoſis ſpecialis in hac ægra erat anceps*

atque

ue ambigua, propter ſubitum hoc, & cum
aviſſimis ſymptomatibus ſtipatum ſanguinis
ſpendium largiſſimum; Aliqua tamen recon-
.eſcentiæ mox refulgebat ſpes, graviſſima in-
datione periculoſiſſimisque ſymptomatibus
:um mox ceſſantibus.

SECT. II.
Continens therapiam generalem.

CAP. I.
De *Præſidiis Chirurgicis.*

I.

AD ipſa nunc in ordine ducor præſidia chirurgica, pharmaceutica, diætetica, quorum ſub dogmate primum hic tra-
m, quæ in genere hæmorrhagiæ curandæ
: paria; Poſtea pauciſſimis delineabo, qui-
adhibitis dirus ſic fluxus demum & ſucceſ-
: fuerit inhibitis, partim etiam ſponte de-
erit.

.I. Inter præſidia chirurgica *Venæſectio*, præ-
:iſſimum quanquam plethoræ veræ, & ubi

hæmorrhagia pronaſcitur ex infarctu, remedium, notham tamen, ſeu, orgaſmum humorum non curare, vix palliare aut compeſcere videtur, niſi ſanguis ab ira fuerit nimium commotus, & hæc exagitatio hæmorrhagiam effecerit: Depleta enim tum aliqua ſanguinis parte, defervet etiam motus ſanguinis concitatus, ſeu, orgaſmus.

III. *Ligaturæ fortes ac dolorificæ* filo cujuscunque coloris conſtringente adornatæ, aliquod auxilium afferunt, ſed fortiſſimæ, inhibendo omnem humorum à partibus refluxum, ſunt maxime nocivæ. Monelam de ligandi modo vid. in *Zyp. fundam. med. p.* 377.

CAP. II.

De *Remediis Pharmaceuticis.*

I.

IN pharmaceuticis auxiliis omnis hujus affectus cura prudens erit *ad ipſam gelatinam nimis reſolutam, & ſalia ſalſa, aut acido ſalſa per ſerum liberius commota, demum & in ipſum ſpirituum motum* ſive ſit cauſa hujus orgaſmi, ſive effectus, medicamentis, cuilibet indicationi appropriatis, dirigenda. *Erit & ipſis vaſis conſulendum, ut horum oſcula rupta, aut eroſa, tum interne, tum externe præprimis roborentur reunianturque*

-que terreis adſtringentibus, balſamicis terreisque *-guibus.*

II. Inchoo à medicamentis dirigendis in ge-
-inam attenuatam, ut, ea ſpiſſiori facta, in-
-beantur ſalium conflictus. Inter quæ equi-
-m remedia ſæpe primatum habent *acida*,
-ecque, *è veget. Regn.* depromenda, ſunt: *Succ.*
-nat. rib. berber. ipſumque *acetum*. Sequuntur
-neralia: Spir. Vitriol. fere commendatiſſimus,
-r. ſalis, clyſſi minerales. Hique ſpiritus omnium
-icaciſſime gelatinam nimis reſolutam con-
-nſare, & tanquam magis congregare dicun-
-r, eo quod firmior ſanguini, poſtquam ge-
-ina magis coivit, accedat conſiſtentia (vi-
-antur experimenta, quæ Illuſt. *Boyl.* circa
-ida ſanguini ſeroque inſtillata tentavit, le-
-nturque variæ, pro acidi affuſi ratione, con-
-etiones tum in ſanguine, &) ſero manifeſtæ.
-de Excell. *VVedel. Ettmull.* & alii *ſpiritum vi-*
-ol. aut *clyſſ. mineral.* vel cùm *Tinctur. violar.*
-l, quod præſtat, ut duabus ſemel fiat ſatis
-dicationibus, cum *tinctur. op.* tantillo miſcent
exhibent optimo cum ſucceſſu.

III. Quod *ſi* tamen, partibus gelatinoſis val-
attenuatis, dilutisque in ſero exſuperante,
-guis erit *nimium reſolutus*, ſaliaque præſ. libe-
-us fluctuant, tutius nos agemus, quando na-
-ram imitaturi, quæ ſalia in noſtra fluidorum
-aſſa vult glutini gelatinæque involuta, hinc
-ici huic fluidiori *ea addimus, quæ* tenues hu-

 mores

mores *textura sua* ſpiſſa ac glutinoſa *condenſare*
acrimoniamque ſalium inviſcare *valent*.

IV. Diverſa quidem ſunt hæc *glutinantia &*
inviſcantia remedia, poterunt tamen commode
& apte diſtribui. Scenam aperient *gummata*
minus acria: Gumm. arabic. Copal. certe eupori-
ſta, *Gumm. ceraſor. tragacantha*, glutinantium
medicamentorum fere præcipuam, *maſtich.*
ſangu. dracon. Ichthiocoll. ejusmodi remediorum
fere extremum. Accedunt glutinantium claſſi:
Albumen exſiccatum & pulveratum, virium, pro
ſanguine ſeroque incraſſandis, præcipuarum:
Sperm. ranar. ſed hujus *Sperniola*, quam *Crollio* de-
bemus, ob *myrrhæ ac croci* additamentum, in
gravibus hæmorrhagiis ambigui eſt effectus.
Inter glutinantia cuivis acrimoniæ adæquata
introduco & in ſcenam *flores hyperici*, ſucco
quippe purpureo glutinoſo abunde turgentes,
hinc digni, de quibus, eorumque tinctura paulo
ſpecialius huc agatur; Siquidem eorum balſa-
mica vis nunquam ſatis deprædicari poteſt,
quod ſi conſolidanda ſunt vaſa, ſive ſub fluxu
menſium, ſive ſub dyſenteria, ſive ſub vomitu
purulento eroſa, hincque temperandum eſt
ipſum ſerum nimium acre, aut in purulentam
materiam ſtagnando & putreſcendo degener,
vomitus purulenti cauſa. Unde magnarum hi
flores ſunt virium, quando reſinoſa eorum ſub-
ſtantia per ſpirit. vin. extrahitur ſub ſpecie tin-
cturæ. Iis autem, qui ſpirituoſa vix perferre
poſſunt,

ɔſſunt, eorum uſus magis arridet, quando in
ɩua macerati & cocti, aut in uſum *theæ* ſub-
ituuntur: Gaudent enim hi flores propter
ccum gummeo reſinoſum, menſtruo æque
irituoſo ac lento aqueo; Unde & ipſa cere-
ſia commodiſſimum præbet menſtruum ve-
culumque, quod ſi per temporis tractum
urpandi ſunt illam flores, ſub decocti forma
cile nauſeoſi. Cujusmodi cereviſia balſamica
cceſſu temporis ſæpe potiori pollet facultate
viſcandi ſalia conſolidandique vaſcula & oſcu-
, quæ eroſa, quam reliqua, maxime etiam
ecifica ισχαιμα, diuturnoque uſu eas ad va-
rum unionem humorumque temperaturam
ıfert vires, quæ ab aliis medicamentis, pro-
ter exiguas paucasque doſes, exſpectari non
ɔſſunt. Sed ne dictatura ſine populi videatur
ıffragio, allego Clariſſ. Mangett. qui in dy-
nteria & vomitu purulento vires eis addicit
ecificas. Novi & ego, quod medicus cele-
ris per hanc cereviſiam medicatam in fœmi-
ı quadam nobili maxime ſcorbutica fluxum
ɔhibuerit menſium nimium ac inveteratum,
uem nulla alia remedia, ſive glutinantia & bal-
mica, ſive ſtyptica, niſi cum ſymptomatum
cerbitate, ſufflaminare, minime curare pote-
nt. Decebit & huc meminiſſe *radicis conſo-
ll. maj.* cui ineſt ſubſtantia glutinoſa maxime
ɔtabilis, quæque intra aquam mire turgens,
de ſub forma decocti, aut quando miſturam

 ingre-

ingreditur, valde eſt nauſeoſa, magis autem accepta, quod ſi pulverata offertur, ac per vices ſub doſi exigua. Inſero & huic claſſi *ſanguinis toſti pulverem cum nuc. moſchat. toſt. & cinam. part. æqual.* mulierculàrum huc illuc remedium in hoc fluxu communiſſimum, & equidem conglutinans ac conſolidans, ſed empyreumaticus odor ſaporque ſunt qualitates multis mulierculis averſæ, ſæpe vomitum concitantes. Recta pergo ſub glutinantium claſſe ad *gelatinas*, (verbis Schrœderi) *Galredas*, ſpiſſa ac glutinoſa iſta per ignis impetum facta concreta, quorum communiſſima ac officinalia ſunt: *Gelatin. corn. cerv. ac ebor.* De his autem nota, elici gelatinas ſimplices, ſed neque gratioſas, neque diuturnas, ſolius aquæ auxilio, & citra aliud additamentum; Elixari elegantiores, quod ſi *ſacchar. vin. generoſ. & ſucc. citr.* admiſcentur pro gratia & viribus augendis. Confici ſingulariſſimas, ſuperaddendo *confection. alkerm.* (pro ratione Idioſyncraſiæ) *vel complet. vel incompl.* Siquidem, præter vim communiſſimam inviſcantem, cum *ſucco citri* aſſumunt coagulandi facultatem, cum *Eſſent. citr. & conf. alkerm.* virtutem analepticam. Paſſim leguntur earum præparationes; In ſpecie tamen de iis conſuli meretur *Jünck. lexic. chimic. pharmaceut. p.* 11. Poſſent & *aliæ partes animalium duræ*, in ſpecie *unicorn. mar. & dens hippopot.* in locum *raſuræ C. C. & ebor.* ſubſtitui: Quævis enim ejusmodi

partes

artes duræ gelatinam participant eandem; ed multiplicarentur entia præter neceſſitatem, ulla gelatinarum viribus excellente, nulla ſpeifice eminente. Imo & lis de lana videtur carina, quod ſi medici controverſantur, utra elatinarum, eborisne an corn. cerv. magis & pecifice præſtet? Cordatis certe ſagacibusque racticis neutra videtur præſtantior. Agmen emum claudunt *mucilaginoſo oleoſa*, & hinc paatæ *emulſiones*, quarum ingredientia ſunt: *Sem. .frig. maj. lactuc. papav. alb. amygdal. ambroſin. cc.* addunt & aliqui *micam panis ſimilaginei* liuorum communiſſimus eſt decoct. hord. ſubtituunt alii *aqu. plantagin. pap. rh. fol. querc.* mais ſpecificantur per *aqu. cinam. bugloſſ. cydon. qu. cinam. c. v.* Edulcorantia ſunt: *Julep. roſat.* utiſſimum hæ emulſiones præbent remedim, & opportune opponuntur ſalſæ acrimoiæ involvendæ implicandæque; Contra vero, niſi ſatis tenuis ſint conſiſtentiæ) interdicunur à cruditatum acidarum in primis viis prædominio: Acidum quippe intemperatum, coaulando, ægris moleſtiam, dolorem, vomiumque, ſymptoma in hoc affectu periculoſum, ducere tum potis eſſet. Demum & hæc de sdem emulſionibus digna eſt mentio, quod, uatenus cum ſero ad cerebrum nervosque flunt, anodynæ ac hypnoticæ, ſpirituum impeum refrænando, fiant, de quibus mox plura ſpecialiora.

V. Siquidem nunc ad alteram delabor judicationem, qua, *spirituum motum infringendum esse*, constat, ut, ipsorum elatere sic paulo depresso, sanguinis orgasmus non solum sufflaminetur, sed & ipsæ sanguinis partes, postquam à spiritibus non adeo ulterius agitatæ, magis consistendo ac sese mutuo amplectendo, spissiorem sanguini afferant consistentiam. Ad hanc classem practici primo referunt *aquas vulgo dictas refrigerantes: Aq. urtic. centum nod. equiset. endiv. portulac. acetos. bursæpastor.* Quæ omnes etiamsi essent mere aqueæ (parum autem terræ adstringentis, seu, paucissimæ atomi hamatæ adscendunt, sub destillatione, nisi vehementissima) virtute tamen pollerent aliqua coercendi spirituum impetum, sicut aqu. commun. ubertim hausta, quin etiam potus theæ nimium aqueus, & copiosius justo ingurgitatus, somni primitias (ut *Bohnii* verbis utar) formare ad minimum, moram spirituum elateri nectendo, valent. In tantum tamen hæ aquæ in nostro affectu absunt ab omni virtute medicinali, ut potius pro solis communibus, vix specificis, aliorum medicamentorum vehiculis inserviant.

VI. Fortius refrigerare vulgo, aut spirituum motui esse sufflamini fortiori deprædicantur *nitrata* quævis: *Nitr. depurat. nitr. antimoniat.* Quæ autem ejus textura sit somnifera & anodyna (ejusmodi enim virtutis revera est) id equidem scrutinio dignum foret accuratissimo,

tentabo

entabo tamen conjectura, qua potero, ſagaci:
Nitrum ſc. eſſe de ſalium ſalſorum indole, etiam-
fere totum poſſit in ſpiritum acidum deſtil-
ando converti, id *ſyrupus violarum* ſatis evincit,
uem admixtum, neque tingit, neque turbat.
Conſtare ipſum tamen & particulis quampluri-
nis ſulphureis, inflammabilitas teſtatum vult
n nitro ſingularis: Subito enim, vehementer,
c cum ſplendore ardet, ſemelque accenſum
eſtingui nequit, aut flamma prius non ceſſat,
uam conſumto ipſo nitroſo corpore. Cui aſ-
erto non obſtat, nitrum non flagrare, niſi à
orpore ſulphureo accenſum; Ejus ſiquidem
ulphur non eſt adeo manifeſtum, aut cuivis
lammæ obvium, ſed, agitatis ac varie raptis
jus particulis, demum extraverti videtur. Imo
ero, cum nulla alia ſalina aut ſalſa medicamen-
a deprehendantur in ſe hypnotica, ſed ſola ſive
ulphurea, ſive ſub oleoſa, quid obſtat de ni-
ro prædicare: Illud ex parte eſſe ſulphureum,
o quod virtute agat hypnotica; Et viceverſâ
ſſe hypnoticum, cum conſtet parte ſulphurea.
VII. Sed ea omnia nunc clarius conſtabunt
x ipſorum *opiatorum* vi anodyna, quorum fa-
ultas in ſomno ciendo, hinc & componendo
pirituum, ſub hæmorrhagiis, impetu quan-
uam per experientiam ſit manifeſta, non æque
amen hujus virtutis Ætiologia ingenio noſtro
atet, veluti quæ tenebris & latebris multis
nclusa, multis etiam faceſſivit negotium, eo-
rumque

rumque diſtraxit animos. Ego vero jam non in varias deſcendam medicorum ſententias, quin potius cum Clariſſ. *Borrich.* opinor eſſe in *papav. noſtrat. & thebaic.* aut quod ex Aſia minori affertur (*opio*) addo & *ſem. hyoſcyam.* oleum aliquod vaporoſum, quibuslibet liquoribus aſſociatu facillimum, & quod inde cum ſero poſſit illico per cerebri anfractus ad nervos traduci, ut fluidum nerveum tenuiſſimum mobiliſſimumque, in motu ſuo teneatur, quamdiu ſerum unctuoſum & oleaginoſum, theculas & faſciculos filamentorum nerveorum perluens, lentore ſuo obſtat, quo minus celerrimo motu hi ſpiritus per nervorum ſive filamenta, ſive interſtitia (cui enim adeo lyncei, hæc diſcernentes, ſunt oculi?) poſſint ferri.

VIII. Hæc autem *opiata* ſunt: *Ipſum opium crud. extract. op. laud. op. laudan. hyſteric. Tinctur. op. pilul. de cynogloſſ. theriac. cœleſt. pulv. anodyn. Ludovic. ſem. pap. alb.* Refero & ad anodyna potentiſſima, ſeu, narcotica, non ad papaveracea: *Sem. hyoſcyam.* quod laudatur ab his, culpatur ab illis. Corruſcabant olim ſuis encomiis *pretioſæ confectiones narcoticæ, antiquorum philonia, requ. Nicol. aut ipſa Athanaſia.* Verum ſicut ipſa natura delectatur minimis; Ita & medicamenta, quæ ſub exigua mole, palato ſunt gratiſſima, eaque eo magis amplectenda, quando iis medicus, uti natura exiguis machinis, magna moliri poterit. Annumero & ratione opii huic claſſi

aſſi *Diaſcord. ſylv. & fracaſtor.* De iis tamen ſe-
uens judicium practicum, ſed non ſine judi-
o, ferendum eſſe exiſtimo: *Diaſcord. ſylv.* e-
uidem plus opii continere *diaſcordio fracaſt.* in
oc tamen adſtringentium uberiorem quanti-
tem compenſare, in hæmorrhagia ſiſtenda,
pii doſin minorem: In illo quæ adduntur re-
lventia uterina, ſeu, acria aromatica impe-
ire opii, etiamſi copioſioris vim ſedativam.
e opiatis hæc adhuc reliqua eſt monela practi-
a, quod ea, præſertim *laudan. opiat.* à Clariſſ.
ecker. equidem deprædicentur ceu remedia
mnibus fere uteri hæmorrhagiæ indicationi-
us adæquata, caute tamen & ſola ſub doſi re-
acta ſint abhibenda in ſummo virium languo-
e; In hæmorrhagia viciſſim ex animi nimia
ommotione, maxime ira, largior doſis indi-
etur, pro ſpirituum, hinc & ſanguinis, im-
etu ſedando.

IX. Dantur & alia *quæ ſpirituum ferociæ domi-
antur v. g. terror inopinatus, frigidorum applicatio,
ut artuum in frigidam aquam immiſſio*, ſed ope-
andi modus eſt alius; Siquidem ab iis omni-
us ſpiritus repelli aut fugari, inde vero or-
aſmum coerceri, ſanguinem coagulari, de-
um vero ſic fluxum inhiberi, aliquando ex-
erimur: Ea enim eſt ſpirituum natura, ut ab
ccurſu objecti grati mire exſuſcitentur, &
ontra ab obvio objecto terribili, horrido in-
ratoque ſumme deprimantur reprimanturque,
id

id quod ex ſolo elaſticitatis ac tenuitatis mobilitatisque deducimus mechaniſmo, non ex Ideis, quibus à *marc. marc.* & ejus ſequacibus characterizati perhibentur. Quanta igitur eſt ſpirituum vis elaſtica, & quam mira eorum tenuitas, tantam etiam terror ſubitaneus exſerit in ipſos facultatem concutiendi & reprimendi: Auxilium hinc equidem ſubitum, ſed non æque tutum. Eadem ſpiritus fugandi & ſanguinem coagulandi vis ſtatui poteſt, quando *aqua & acetum frigidi* cum linteis admoventur fronti, mammis, teſticulis, cervici. Quas tamen applicationes non eſſe omni tempore convenientes, quandoque, ob coagulandi nimiam poteſtatem, periculoſiſſimas partibus præſ. glandulofis: Mammis, teſticulis, ejusmodi labes eloquuntur practicorum obſervationes non paucæ. *Operantur & frigida* conſtringendo nerveas tum cutis, tum vaſculorum fibras: Quandoquidem *cryſtall. mineral.* vel *hæmatitis fruſta majora* manibus detenta ad hæmorrhagiam quamcunque compeſcendam poſſunt aliquam afferre curationis partem, quando ab his frigidis partes cutaneæ ſenſiles, ſpasmodice contractæ, interiores æque in conſenſum rapiunt, ut, poſt vaſa ſanguifera, huc illuc inde coarctata, effluxus ſanguinis ſufflaminetur.

X. *Ubi ſanguinis acrimonia ad aciditatem inclinat, terrea medicamenta* ipſi concentrandæ & conſtanter abſorbendæ *erunt appropriata.* Quæ

cum

m non unius ſint texturæ, ſed quædam no-
ıtur terrea pinguia, quædam mere terrea,
qua texturæ alkalino terreæ; Hinc de iis
am veniet notandum, quod ab unione cum
do accedat operandi ratio diverſa: Sic enim
*æ pingues: Terr. ſileſiac. ſtrigon. turcic. bol. ar-
. alb. & rubr.*: Aut *mere terrea: Oſſ. micro-
n, calcinat. corn. cerv. uſt.* adſtringentem aſſu-
ınt cum acido abſorpto virtutem. Quæ au-
n alkalino terrea deprehenduntur, veluti ſunt
*. cancr. ppt. conch. uſt. mat. perlar. ppt. & uſt.
. ovor. calcinata, cryſt. montan. calcinando præ-
ata*, ea ab acido juncto induunt texturam
am, hincque vim diureticam; Unde & hæc
ſteriora antacida parum proderunt in hæmor-
ıgiis è dyſcraſia aquea oriundis. Cœterum
pulvere è *raſur. dent. hippopot. & teſt. ovor.*
gnifice ac graviter prædicatur, eſſe cum in
morrhagiis uteri aliarumque partium ſiſten-
virium ſpecificarum. Hoc certum eſt de
t. hippopot., quod inter ea, quæ cum acido
ervefcunt, fere primatum teneat, ovorum-
e teſtæ calcinatæ ad eandem fere accedant
n antacidam.

XI. *Quæ interne adhibentur* pro apertis oſcu-
roborandis conſtringendisque, martem ut-
rimum participant, cujusmodi ſunt: Croc.
rt. adſtr. vitriol. mart. ad albed. calcinat.
. vitriol. d. Tinct. mart. adſtr. Tinct. an-
nthiſ. Grammann. Annumero & hæmatitem

ejus-

ejusque Tinctur. Sequuntur in adstringentium classe saturnina, præs. sachar. saturn. usneam cranii reliquis stypticis internis præstare clar mangette asserit. De omnibus dicitur, quod hamatis aut uncinatis suis atomis non sola uniant constringantque vasa, sed &, quatenus sanguini interposita, huic firmiorem & magis stabilem inferre valeant consistentiam, motu veloci resistentem. Sed quæstio prius est formanda, num intestinorum villi, capillamenta ista albicantia tenuissima satis hient pateantque ejusmodi terreis occurrentibus, ut abhinc in venas lacteas & sanguinem possint transferri. annon omnes atomi stypticæ immaneant primis viis, sibique ipsæ, peristoma villosum constringendo, non aperiendo, viam præcludant? De martialibus aperitivis salva res est, quia, fœcum nigredinem sub martialium usu continuato ipsa esse martialia, fœcibus interposita, & ab acido absorpto magis incorporata, palam est. Ecquid igitur nunc dicendum incumbet de martialibus adstringentibus? Hincque de omnibus hisce stypticis hæc, me etiam silente, monela promanat, cauto esse animo, manuque parca fœminis exhibenda teneris, & quarum ventriculus ab inexistentibus cruditatibus amaris, acribus est sensatus, ne virtus adstrictoria sub ipsa hæmorrhagia degeneret in emeticam. Siquidem quæ stypticarum sunt virium, ea & irritandi habent vim, qua ventriculus, ob assi-

duam

ıam nauſeam, aut cruditatum moleſtiam, in
quo inverſo fibrarum motu jam conſtitutus,
:ile poteſt ſtypticis, ceu ſtimulis ac calcari-
ıs, plane convelli ad vomitum, cane pejus
angue vitandum. Tutius ſtypticum & u-
:um roborans medicamentum audit *potus vini*
lici vitriolati, vulgo *Vint de dint*, quod tan-
am remedium comprobatiſſimum effert *Bon-*
:. in ſua medicin. ſeptentrion. conſulique ulte-
ıs poteſt de hujus remedii uſu ac viribus *la*
mare del ſcipione mercurio part. 1. *c.* 22.

XII. In internorum horum medicamento-
n claſſibus adaptandis demum & devolvor
officinalia magis compoſita, quorum præcipuum
t *diaſcord. fracaſt.* Pro ſuis enim ingredien-
us magis adſtringit & incraſſat, quam ſpiri-
ım impetum compeſcit. Sequitur *pulv. ſte-*
tic. Guttmann. cujus vires teſte *Juncken.* ſin-
lares perhibentur ad omnes & quasvis hæ-
ɔrrhagias. Accenſent aliqui & *ſpecies de hya-*
th. ph. A. R.; Ejusdemque ſic virtutis foret
ıſenda ipſa *confectio de hyacënth.* quæ *è ſpeciebus*
atur per immiſtionem *ſyrupi è ſucc. limon.*

XIII. Liceat autem *in hiſce ſpeciebus* tanquam
identer examinare *gemmarum*: (ipſas enim
;rediuntur) *vires, ſintne alicujus in hæmorrha-*
curatione facultatis, & in quantum viribus ſpe-
ris excellant cryſtallum montanam? Medio tamen
iſſimus hic ibo, neque nimiis encomiis, ne-
: nimiis vituperiis. Maneat gemmis aliqua,

 ſed

sed nondum solide determinata virtus specifica, in *hyacintho* autem, ratione cardialgiæ ac præcordiorum anxietatis abigendæ, magis manifesta. Pereat nimia in ipsas gestatas, aut de collo suspensas superstitio, cujus si non parens, certe præco fuit *Albert. M.* Rejicio & ipsarum vim in reficiendis viribus, quam emittere perhibent per peculiarem Ætherem, verba sane inania. Hoc certius est, *omnes lapides, quà pretiosos, quà minus pretiosos*, etiamsi in pollinem redactos, virtutis esse antacidæ nullius, multo nobilioris vero *crystallum montanam, sed post præparationem, quæ calcinando instituitur.* Moneo & ratione *croc. ac myrrh.* (quæ has species itidem ingrediuntur) ea in fluxu nimio prohiberi. Paucis igitur ut me huc expediam verbis: *Virtus harum specierum in ejusmodi affectu non adæquat pretium.* Neque & porro dissimulandum erit, ipsas *species diarrhod. abbat.* æque à Clariss. *Mangett. in notis ad prax. Barbett.* præscriptas mihi videri farraginem, qua tuto & facile carere possimus: Quod si enim vulgo sic dicta cordialia in virium languore indicantur, cujus in medelam *lign. Al. caryoph. arom. croc. cinam. cardan. min.* addita esse apparet, ea sub cruda pulveratione, & exigua ad adstringentium cumulum mole parum proderunt; Sin autem solus sanguinis fluxus est compescendus, frustra & in damnum ea (quæ modo innui) adduntur. Et quem, quæso, in finem iisdem speciebus

immi-

miſcetur *Rhabarb. elect. ſcr. j.?* Et quid hoc
ıtillum ad integram molem? Sed videtur ea-
n inventor tanquam per caliginem reſpexiſſe
ırhabarbari vim, quæ in hæmorrhagiis tum
ı medicamentoſa, cum harum vitium eſt pe-
; dyſcraſiam nimis ſeroſam, in quam emen-
ndam Clar. *Barbett.* hoc præ reliquis ſvadet
ıbarb. *Poſſunt & hoc ſub conſideratione cœtera
ım, ſed blanda*, neutiquam cum *Sennerto* for-
ra, *purgantia remediis hæmorrhagiæ uteri apponi*;
: quibus tamen hic tanquam in parentheſi.
XIV. Demum & in decompoſitorum claſſe
enſeo *ſpec. diamart. ſpec. Diaplantagin. à Myn-
to* adeo, more ſolito decantatas. Pauca ta-
n medicum nobilitare medicamenta cum
lmont. autumo; Multa, in materiæ medi-
copiam oſtentandam magis accumulata,
ım, pro viribus augendis, ſæpe concinnata,
mum in inquirendis ſimplicium viribus di-
ıhere, prudentiores mecum fatebuntur me-
i.

CAP. III.

De

Curatione Symptomatum.

I.

SYmptomatum maxime urgens eſt *virium languor*, hæmorrhagiam largam neceſſariò inſequens; Quandoquidem vires non poſ-

 ſunt,

ſunt, quin, ſpiritibus cum ſanguine effuſo deperditis, deficiant, quarum in reſtaurationem medicamenta ſunt adhibenda ſubſtantiæ ſpirituum ſimillimæ, verbo, *analeptica.* Prima horum claſſis comprehendit *ſpiritus ardentes* per deſtillationem paratos, aut per fermentationem elicitos; Partes illas ſubtiles igneas, olea ætherea, ignea vi fermentativi motus in phlegmate proprio, ſeu eſſentiali (ſunt verba *Kegleri*) reſoluta. E qua textura paulo deſcripta ipſa penetrandi & quaquaverſum, in modum fulguris perrumpendi vis ſatis manifeſte apparet, præſ[...] quod videamus, poſſe animo linquentes *à ſpirit[...] vin. alkooliſat.* illico reſuſcitari, ſuasque recipere vires. Sicut autem hi ſpiritus aut per fermentationem parantur (proprie quidem loquendo omnis ſpirituum ardentium geneſis eſt fermentatio) aut per infuſionem; Ita hic jure meritoque cadit in quæſtionem, *utrum differentia ſi[...] ſpecifica inter ſpiritus fermentatos, & qualis? Qu[...] demum claſſis horum ſpirituum vi analeptica præſtet[...]* De ſpiritibus, per fermentationem κατ᾽ ἐξοχ[...] pronatis, dico: Omnes & quoſcunque, mediante rectificatione, ad eundem ſubtilitatis gradum evectos eandem habere penetrandi vim [...] paucas ſui concreti vires, niſi plantæ ſint maxime aromaticæ; Et quum ſpiritus ſive è *roſis* ſive *meliſſa* parati naturæ ſint ejusdem, cuju[...] *ſpiritus vin. aut frumentaceus*, hinc ſoli hi, cœteris ſepoſitis, poſſent retineri inter ſpiritus fermentatos

entatos. Sequor autem in hoc versatiss. *Con-*
g. informationem, quam *in Hermet. Medicin.*
dit: Spiritus vicissim ardentes, qui *ex spiritu*
ri, vegetabilibus affuso parantur destillando, æ-
e penetrant non solum, sed & viribus sui
getabilis imprægnati specificam nanciscun-
naturam; Hinc vis unita fortior, & spiri-
compositi, vulgo *aquæ vitæ*, habent sum-
m partium tenuitatem & facultate pollent
net ubivis insinuandi; Habent & *spiritus sim-*
iores destillati: Rosar. meliss. suas vires. Acce-
nt ad hanc classem *temperatiora* quoque seu
ua spirituosæ simpl. ac composit. v. g. Aqu. cinam.
. aqu. cinamom. cordial. seu borraginat. augustan.
. fl. cordial. ph. nor. aqu. confort. usitat. augustan.
norimb. aqu. naph. meliss. borrag. bugloss. c. v.
them. vit. mulier. & hyster. Zvvelff. & dispensat.
andenb. aqu. C. C. citrat. VValdschm. Altera
ssis, quæ continet *ambram & moschum horum*
ctura, Essent. reg. conf. alkerm. compl. &c.,
peculiarem delicatioris sexus in hæc Idio
crasiam, ad nostra analeptica non pertinet.
nformius reficiunt vina sed quæ æque tem-
rata ac generosa, eorumque præcipuum hoc
casu est *frontignac*, sæpe efficacius juxta ac
ius reficiens, ac per corporis universum pe-
trans, quam cuncta spirituosa, quæ citius à
rtibus humoralibus recedunt; Sed genuinum
verum præsupponitur ejusmodi vinum, non
ulteratum aut corruptum.

II. *In* hisce, ast *blandis, analepticis sæpe optima salus*, horumque usu ægrotanti aliquando magis consulemus, quam stypticis omnibus, aut nitratis medicamentis, palato ingratis ventriculoque molestis. Quod si igitur, quæ temperata, naturæ sunt convenientissima, analeptica certe erunt in hac cura symptomatica. De spiritibus tamen ardentibus inculcanda est illa aurea monela: *Ne quid nimis*: Veluti in quibus animadvertenda est substantia acris singularis, cerebralibus glandulis ac tubulis illico quod si vel leviter excedat, molesta. Largiori manu exhiberi possunt *aquæ spirituosæ simpl.*, paulo minor autem dosis requiritur in *magis compositis & aromaticis.*

III. *In genere omnia hæc analeptica spirituosa tute & jucunde temperantur per aquas simpl. temperatas Aqu. è typh. cerv. simpl. & citrat. borrag. bugloss. rosar. &c.* harumque blandissima est *aqu. perlar.* Possunt & addi *blanda terrea. Conf. alk. inc. magis additur in gratiam, quam virtutem analepticam.* Eadem *analeptica* commode etiam *associantur emulsionibus præs. amygdalatis*, ut uno medicamento viribus ac causæ morbificæ provideamus.

IV. *Coralliorum sulphur solare* (novum analepticum) sicut adhuc est sub dubitationis alea; Ita & vires cordiales ac analepticæ, è solo hoc solari sulphure derivatæ, à prudentioribus medicis magis desiderantur, quam deprædicantur. Ipsorum igitur *tinctura* si quam edunt in virium

refo-

focillatione virtutem, ea *menſtruis* ſeu *liquo-
ribus ſpirituoſis*, ſub tincturarum confectione ad-
tis, erit in acceptis referenda, cujusmodi
æpr. ſunt: *Spir. cord. cerv. ſpirit. vin. ſimpl. &
aromaticis, aut antiſcorbuticis abſtractus*, addo
ſucc. citr. quo corallia aliquando prius ſol-
ıntur. Menſtruum univerſale, hinc etiam
lphuri corall. Solari, ſi quod ineſt, extra-
endo adæquatum albo corvo eſt rarius; Sic-
. & inter arcana ſervantur menſtrua particu-
ria, quæ corallia non corrodunt, ſed in mol-
iem tractabilem redigunt.

V. Quæ vires cum chylo ac ſanguine reſar-
unt quævis ſunt alimenta euchyma, conco-
u facillima, hinc ad regimen diæteticum,
iam ſi cum analepticis ſæpe ſumantur, per-
nentia. De clyſmatibus nutrientibus ne ver-
ulum quidem proferam.

VI. Reliquum eſt pro ſanguine & viribus
pente reſtituendis auxilium autoritate trans-
ction. anglic. & ex mente Lower. ac Langii
æſentiſſimum, transfuſio nempe ſanguinis ex
nimali ſano in ægrotantem ex hæmorrhagia
eri ſanguine exhauſtam. Opus teſte eodem
angio in erudita ſua diſputat. de hæmorrhag.
canibus non ſemel, & proſpero cum ſuc-
ſſu adornatum. Quod idcirco remedium,
iamſi atrox videatur, annon ſit periculoſiſſi-
o ſymptomate, virium languore, cœteris ta-
en paribus, dignum, nihil obſtare video,

quo minus credam pergit idem autor: Extremis enim morbis extrema ſunt adhibenda remedia.

VIII. Alterum hæmorrhagiæ ejusmodi ſymptoma non æque, ac prius, periculoſum, ſed maxime moleſtum, fere, quamdiu ſanguis profluit, ineluctabile eſt ſitis enormis, animo provido obſervanda, ne nimiis aqueis, ſanguinem diluentibus, malum, quod avertendum, arceſſamus, aut cereviſiæ ingurgitatæ mole ſanguinem exagitemus, ſic fortius profluentem. Tutiſſime tamen eam exſtinguemus emulſionibus amygdalatis, ſed tenuibus, ac per rotul. man. chr. ſacchar. perlat. aqu. perlar. aut ſyr. violar. additamentum palato acceptis. Idem in auxilium vocantur julepi parati ex aqu. deſt. inſipid. ror. majal. ſemperviv. portulac. borrag. addi poſſunt ſyr. rib. berber. acetoſ. citr. de agreſt. blandaque aciditas magis conciliatur per tinctur. fl. bellid. pap. rh. roſar. aut clyſſ. mineral. nec non alios ſpiritus acidos mineral. præſ. per ſpir. ſulphur. per campan. gelatinæ corn. cerv. ac ebor. etiam ſunt pro ſiti fallenda ac faucibus humectandis egregiæ, eæque præſertim ſunt illecebræ convenientiſſimæ, quæ à ſaccharo habent blandientem dulcedinem, à vino generoſo, ſucco citr. gratioſum ſaporem, & vim blandam detergendi, demum vero ab Eſſent. citr. ſacchar. aut conf. alk. incompl. aliquam vim analepticam, hincque mihi & ægrotantium

palato

ılato arrident gelatinæ quas ſolertiſſimus Jun-
ken. deſcribit in ſuo Lexic. chimic. pharma-
ut. & quarum non ita pridem eſt mentio facta.

C A P. IV.

De
Stypticis Externis.

I.

PRæſidia ſeu remedia externa ratione ſuæ ſtructuræ præſ. ad duplicem poſſunt referri claſſem: Veluti enim vaſa laxa & ıpta ſunt medicamentis hamatis conſtringen-a, eroſa autem requirunt præter adſtringentia, : balſamica, ſeu glutinoſa conſolidantia, quod-is pro exigentia rei; Ita & horum topicorum ıælibet erunt ad ſuam claſſem nunc aptanda.

II. Exordior ab adſtringentium numero fe-: innumero, quorum propemodum ſexcenta norus empyricorum rationaliumque medico-ım ſummis laudibus deprædicat. Nos autem ligemus ex his præcipua. In Regn. veget. minent. Rad. tormentill. biſtort. plantag. Ierb. ſanguiſorb. burſ. paſtor. ſalv. min. mille-l. alchymill. fl. roſar. r. balauſt. cort. rad. acac. ranat. gall. turcic. ſucc. hypociſt. addo & mu-um cran. human. (ſpecialiori nomine uſneam) gularum, arborum: Nulla enim intereſt vi-um adſtringendi differentia, nulla eminet ærogativa. *In regn. mineral.* commendantur

nitrum, præſertim vero *Alum. crud. & uſt.* Pro liquoribus, quibus incoquendæ hæ ſpecies, inſerviunt: *vin. rubell. aqu. exſtinct. fabror.* ipſum etiam *acetum*: Sic enim *ſolum vinum rubellum* aut *acetum tepefacta* applicant cum ſpongia. Fomentationes tamen evadunt eò magis conſtringentes, quod ſi *aliqua ſpecierum memoratarum* coquuntur *in vino rubello, aceto aut aqu. exſtinct. fabror.* Præ cœteris ſic notari meretur *decoct. menth. criſp.* quod ſine conſtrictione vaſorum ſanguinem coagulare dicitur à Simon. Paul. in quadripart. botan.

III. Inter *ſtyptica externa* compoſita commendatur & *ungu. Comitiſſ. vel alia ad abortum in diſpenſatoriis adaptata.* De illis omnibus tamen ſcias, vix ullius eſſe poſſe virtutis adſtrictoriæ, etiamſi cum *ol. maſtich. myrtill. ſachar. ſaturn. & camphor.* ſpecificentur in imitandum modum, quem Doctiſſ. *Mangett. in not. ad prax. Barbett. cap. de flux. nim.* cum *ungu. comitiſſ.* inſtituit. Rationes denegandi hanc virtutem ſtypticam ſunt, quod atomi adſtringentes teneantur unctuoſis pinguibusque implicitæ, quæ poſteriora (pinguia) poros obliniendo, inſimul impediunt, quo minus priora (ſtyptica) penetrare valeant. Quid? Quod ipſi fotus ventri cum linteis impoſiti per poros integumentorum communium, muſculorum abdominis ac denſi peritonæi tranſire non valeant, quin hamatæ potius atomi, poros conſtringendo, intimius ſemet in-

ſinuandi

inuandi viam mox præcludant, idemque ju-
icium mihi videtur competere cataplasmati
lli styptico, quod Excell. *Ettmuller.* equidem
audibus effert; Medicamentis enim externis
æpe ex præjudicio tribuuntur vires, solis in-
ernis potius debitæ.

IV. Penetrantius agunt ipsa *balnea*, aut *semi-
upia*, solo in casu extremæ necessitatis, & vi-
ibus ita ferentibus, svadenda, quæve constant
c præparantur vel ex *solo alumine* in aqua, sub
coctione, soluto. Summe etiam laudat *Myn-
scht. in suo armamentar. med. chym.* aliud balneum
typticum, quod videri potest. Intimius, in-
quam, hæc semicupia in venereum antrum,
ub ipso insessu, se insinuare, adeoque suas vasa
constringendi vires liberius exserere valent; Si-
quidem nulla styptica externa agere queunt,
nisi ipsis vasis immediate contactis, quem in
inem cum spongia aliqua, in modum pessarii
compressa & formata, uteri vaginæ induntur
eadem decocta constringentia. Ventri qui ipsa
applicant, isthuc ducuntur ex sua hypothesi,
qua asserunt, vasa, non vaginæ, sed uteri, vel
utraque, in ejusmodi hæmorrhagiis esse dila-
cerata. Quod si qui vero lumbari regioni ea-
dem admovent, ii nesciunt vasorum hypoga-
stricorum exortum, multo quippe inferiorem.

V. Pessaria hinc, ut in viam redeam, seu,
pessi sunt adæquata remedia, inter quos notatu
dignus est *pessus styptic. Myns.* Formantur & sor-
didiores,

didiores, paucissimis fœminis accepti, è *stercor. asinin.* aut *suill.* cum *pulv. rad. bistort. consolid. maj.* aut *pulv. stegnot. Guitm.* Manifestis quippe exhalationibus acido austeris stereora hæc esse imbuta præsertim testatur Excell. *VVedel.* Spongiam tamen, rite formatam, & successive, ob texturam mollem intumescentem, vasa coëxtendendo comprimentem, præfero.

VI. Inter *balsamica consolidantia* (alteram externorum stypticorum classem) præcipua habentur *mastiche ac olibanum*, corpora gummeo resinosa in aqua solubilia, hinc apta decoctorum fomentantium ingredientia. Admiscent & *terrea pinguia*, præsertim *bol. alb. & rubr. Amuleta v. g. bufo exsicc. vel musc. arbor.* sub axillis gestati, aut usnea cran. human. manibus ad incalescentiam usque prehensa, ut reliquarum taceam ineptiarum, in se certe sunt inefficacissima, vix aliquam opem ex phantastica impressione excitantia. Quas autem æthereas amuletorum defensores jactant particulas per poros transmissas, ceu archæi sedativas, mera sunt verba, prætereaque nihil. Sed hæc de armis ac præsidiis in uteri hæmorrhagia quavis tum internis, tum externis generalioribus. Animum plura sciendi cupidum remitto ad *VVedel. amœnit. mat. med. Kozack. tractat. de hæmorrh. Timæum à Guldenkl. Hildan. Grüling. Schenck. Roderic. à Castro de morb. mulier.* Transeat & regimen diæteticum in genere consideratum, ne ulteriori

genera-

eneraliorum cumulo nauſeam in legentis ani-
no excitemus.

C A P. V.

De

Curatione Specialiori.

I.

PRogredior ad uteri hæmorrhagiæ in noſtra ægra therapiam, quam ſpecialiter jam in morbi hiſtoria traditam, paucis ſaltem e ſpecialiſſimis excolam, & tanquam perficiam.

II. Inter præſidia chirurgica (ut pauca generalioribus de fonte chirurgico addam) *Venæſectio* hac in ægra neque indicabatur à cauſa morbifica, neque, propter ſummam virium debilitatem & lipothymias, inde pronatas, admitti potuiſſet: Non enim indicabatur à ſanguine acri reſoluto, hujus hæmorrhagiæ cauſa morbifica, contra indicabantque vires languentes & animi deliquia. Siquidem Venæſectio plane non convenit, ubi vires revera deficiunt; jubetur autem, quando hæ à ſanguine, per ſuam molem vaſa nimium premente, aut per lentorem vaſa obſtruente, opprimuntur. De ſcarificatione ne cogitandum quidem erat. Ligari artus facile poterant, nullatenus in aquam frigidam immitti, ejusdemque frigidæ aquæ aut aceti ad mammas applicatio fuiſſet moleſtiſſima. Vix hæmatitis frigidi fruſta manibus,

pro-

propter frequentem lipothymiam, tenere valebat ægra.

III. *E fonte pharmaceutico* ſola ea *conveniebant* præcipue, *quæ*, excitando & confortando, *proſpiciebant viribus languentibus* ac lipothymiæ, ſymptomati terrifico, ſæpe perniculoſo; Proderant & quæ temperabant ac incraſſabant, verbo: *Analeptica* ſic dicta indicabantur, quibus *terrea* & *blande incraſſantia* jungebantur *cum blande acidis*. Hincque ſequentem paravi miſturam: *Rec. aqu. borrag. plantag. a. unc. ij. ſpir. roſar. drachm. j. matr. perlar. ppt. corn. cerv. ſ. ign. præp. a. ſcr. j. conf. alk. inc. drachm. j. ſyr. acetoſ. citr. q. ſ. pro grata aciditate M. doſis ad duo cochlearia, uſus quavis hora aut bihorio.* Huic brevi exhauſtæ (miſturæ) ſitis enim quam maxime urgere incipiebat, ſuccedebat ſequens: *Rec. aqu. nymph. lactuc. a. unc. ij. cinam. ſ. v. drachm. ij. diaſc. fr. ſcr. ij. corall. r. ppt. ſcr. j. ſyr. pap. alb. drachm. ij. M. Uſus fuit idem, qui prior.* In qua miſtura abſtinui ab acidi additamento, propter terrea ſtyptica & pinguia, (*diaſc. Electuar.* ingredientia,) quæ cum acido juncta ſaporem facultatemque aſſumunt magis conſtringentem, hinc vires aliquando emeticas. Ægra autem *pulverem è ſangu. toſt. nuc. moſch. toſt. & cinam. aa. bis jamjam vomendo rejecerat*; Hincque & ipſius lingua, adeo exquiſite guſtans *tragacantham* reſpuebat in juſculo aliquo ſolutam. Convenientiſſimæ & jucundiſſimæ erant *emulſiones amygdalatæ*, quarum prima

a in incraſſandum ſanguinem ſub conſiſtentia
ulo ſpiſſa miſcebatur ſequ. in modum *Rec. a-
ygd. ambroſin. exc. unc. j. ſem. pap. alb. drachm.
n. aqu. plantag. unc. vj. roſar. unc. j. F. l. a. emul-
. Colatura adde aqu. cinam. c. v. drachm. ij. C. C.
il. ppt. drachm. ſem. conf. alk. inc. drachm. j. rotul.
in. chr. q. ſ. pro aliqua dulcedine, uſus & doſis pro
bitu.* Reliquæ emulſiones, fluxu parum ceſ-
nte, parabantur magis in ſitim exſtinguen-
um è *decoct. hord. amygd. d. exc.* gratioſusque ſa-
or conciliabatur per *aqu. cinam. c. v. & ſacchar.
rlat.* additamentum.

IV. Inter præparationem ac miſcelam ho-
um medicamentorum regulæ practicæ mihi
aſcebantur ſequentes 1. *Seligenda eſſe præparata
æ crudis pulveratis*, quod iſtorum textura ſit
ollior, hinc magis apta abſumendo humido,
ſorbendoque ſali acri 2. *Corn. cerv. phil. ppt.
tecellere hic reliqua uſta* propter gelatinam, in
qua facile ſolubilem, qua, præter terream par-
m, conſtat. 3. *Spirituoſa analeptica ſub orgaſmo
ute eſſe* & parce *addenda*, *hinc miſturis* vel pauca
di ſpirituoſa, vel *aqu. cinam. ſ. v. affundi* de-
ere: *Emulſiones* vero *largiorem eorum admittere
ſſe*, quia ſpirituoſa, mucilaginoſis & ſubo-
oſis implicita, lentius agunt.

V. Externa analeptica ægræ applicata è
orbi hiſtoria patent, præ reliquis tamen de-
ctabatur odore epithematis ex *aqu. carfuncul.
regin. Hungar.* quibus *ſpir. nitr. dulc. gt. aliquot*

instil-

instillabantur: Acida enim spirituosa optime recreare vinum generosum edocet. Qua vero sub ingredientium proportione sacculus fuerit pro styptico externo præscriptus, id addere operæ pretium non est. Liceat tantum mentionem facere, quod species fuerint in *aqu. exstinct. fabror.* coctæ, & colatus liquor stypticus cum spongia omnium optime genitalium antro demum inditus.

VI. Fluxu parum cessante solis curabatur alimentis euchymis, concoctu facilibus, & sua gelatinosa oleosaque substantia sanguinem tum augentibus, tum etiam ipsius salia involventibus: Medicamenta enim multa ibi porrigere velle, ubi sanguis & vires exhausti alimonia volunt resarciri, perversa res esset ac fuisset, præsertim quod tenerrimum ægræ corpus, & sanguis ad turgescentiam illico dispositus pauca ac lenta requirerent remedia.

C A P. VI.

De *Regimine Diætetico.*

I.

Regimen diæteticum in hac ægra erat quam maxime & ita observandum, ut rerum non naturalium quævis solertissimo fuerit perquirenda scrutinio.

II. Exordior ab *aeris, fluidi nostri catholici,*

doctrina,

ctrina, ut, qui caloris frigorisve, aut gravita-
s & levitatis gradus intensiores vel remissiores,
uales humiditatis aut siccitatis temperies in-
emperiesque in aere atmosphærico ægram ju-
erint læserintque, eo quo poterit, ratiocinio
uc explanemus: *Ægræ* enim nostræ *corpus* ali-
uandiu, præsertim autem sub hæmorrhagia,
vera fuit aëro metrum; Siquidem ipsam fuisse
*ermometrum, frigoris ac caloris gradus excedentes,
lut ad amussim, distinguens*, inde mox apparet,
uod calorem stragulæ, lanugine volucris ar-
icæ, Eyderdhon/ repletæ, minime perferre
otuerit, quin humores jam turgescentes ve-
ementiorem abhinc insurrexerint in orga-
um, per præcordiorum anxietates valde mo-
stum. Erat tamen & frigoris quam maxime
npatiens, ac ab atomis aereis ac humidis, si-
ulac per lineam rectam ad corpus impetuose
identibus, flante præs. vel Euro vel aquilone,
ico, & ad instar araneæ, tota mox contre-
iscebat. Quam frigoris extremam intole-
ntiam, & in alia deprehendi muliere (liceat
exemplum aliquod descendere) largissime
as quovis mense menstruata, tum vero hypo-
ondriaco hysterica, quæ de frigoris quereba-
r ad ossium usque meditullium penetrandi vi,
nulac janua parum impetuose aperiebatur se-
el atque simul, aut ex aere frigido adventan-
; mox accedebant ad lectum: Quæ enim pre-
endi vis sit in atomis his aereis per lineam re-

ctam ac cum impetu aliquo latis, qualis ſtringendi aut torquendi facultas, quod ſi cum aëre acres & rigidæ particulæ allidunt ad fibrillas cutis nerveas, ob integumentorum tenuitatem, fere nudas & aeris injuriis expoſitas, id è fœmellis ejusmodi patet liquido, magisque ex ipſa tum frigoris natura, tum fibrillarum nervearum ſtructura claret. Ægra noſtra eſt *hygrometrum, machina humiditatis & ſiccitatis temperies intemperiesque in aere atmoſphærico accurate dimetiens,* quando ab exhalationibus humidis lodicum, ad fornacem magis exſiccandarum, moleſtiſſima & frequentiſſima afficiebatur præcordiorum anxietate. Quæritur hinc neceſſariò, *quare humiditas aëris adeo afficiat, magis tamen, ſi frigida* ſit, *minus, quæ calida?* Et reſpondetur, quod non ſolum, pulmonales veſiculas premendo, motum ſanguinis ſufflaminet, ſed & revera ſuum lentorem aqueum pulmonum interioribus, hincque ſanguini, communicet; Sanguinis autem per pulmonalia vaſa circuitus facile poteſt inhiberi α. quod intra mollem ac veſiculoſam texturam vel nulla exerceatur in vaſa, ad tranſitum humorum promovendum, renitendi vis β. quoniam vena pulmonalis ejusdem, cujus arteria, ubique eſt amplitudinis contra indolem ac ſtructuram reliquarum venarum, ſuis arteriis multo majorum. Quæritur ulterius, *annon & aer humidus ambiens per poros cutis penetret in humoralem maſſam?* Et reſp. remoras ipſius ac ſufflamina

amina videri valvulas, quæ ad pororum cu-
neorum introitum juxta curiosiss. *Malpigh.*
nt positæ. Certe aeri & aquæ non eosdem
tere poros, id vesica suilla inflata testari po-
st, quam aquæ immissam hæc (aqua) lente
rvadit, nunquam aer, etiamsi humidissimus.
Iulto salubrior erat aer calidus & siccus, quia
umiditatibus absorbendis aptus ac potens.
uæ enim humidi deprædatoria facultas, seu,
uidissimo suo motu aqueos occurrentes vapo-
s secum rapiens, sit in ejusmodi aëre, id præ-
r experientiam, ipsa ejus structura edocet,
pote in qua delineanda hamatæ conjiciuntur
ris partes ab aqueis, alias adhærentibus, libe-
tæ, & tanquam magis acutæ. Quo ex fun-
mento aeris temperies sicca omnibus condu-
, quorum intemperies est humida, & catar-
is obnoxia. *Ægra erat & Barometrum, aëris
umbentis pondus ac pressuram, aut raritatem ex-
isitissima bilance non solum trutinans, sed & im-
nentium tempestatum augur & vates accurata.
uæritur hinc non abs re, quæ sint causæ, propter
as non solarum molestiarum, è quibus tempesta-
m præsagium, sed & cæterarum quarumcunque tam
actus sit sensus?* Et resp. eas posse ad triplicem
erri classem. Prima erit quærenda α. in tu-
lis tenerrimis sanguinem ac serum transmit-
ntibus, qui, ab aeris incumbentis gravitate
gustati, hinc humorum paulo remorantium
olestiam prementem tam intus, quam foris

 susti-

ſuſtinent, hancque eo majorem, quod ſi aer frigoriferis aut aliis rigidis eſt onuſtus particulis conſtringentibus. Eademque vaſa ac tubuli poſſunt premi ab aere æſtuante, quando humores commoti ſunt in tugeſcentiam. β. In fibris nerveis facile contremiſcentibus, partim quia teneræ, partim quatenus ſuccis acribus tenuibus facile mobilibus repletæ; De quibus mox. Altera enim cauſarum claſſis deducenda eſt ab humoribus, qui nimium ſeroſi tenues & acres facile poſſunt commoveri, hincque vel rareſcere ab aere calido, vel premi ab aere frigido, eo quod reliquæ ſanguinis partes tum mox ſequantur motum aquæ; præſ. vero ſalium copia in ſcorbuticorum ſanguine agitata per calorem, preſſa per frigus dolorem imprimit varium, nunc capiti nunc præcordiis moleſtum. Hucque ad humorum turgeſcentiam refero, *quare à nimia quantitate aqu. carfuncul. ab extra admotæ præcordiorum moleſtia & anxietas fuerint exortæ, ab ipſius autem modico levaminis ſenſus.* Tertia hujus exquiſitiſſimi ſenſus ratio derivari poteſt ab anima rationali, quæ aut ob aſſiduas in corpore moleſtias fere tunc nunquam eſt ἀπαθής, ſed ſemper cum mœrore intenta in omnia, quæ in corpore geruntur, aut propter mollem, delicatam indulgentiſſimamque educationem impreſſiones quasvis, vel leviter ſaltem afficientes, moleſte mox & ægre fert.

III. *Cibi erant euchymi, juſcula confortantia*

avenacea

venacea, hordeacea, pedum vitulinorum galredæ,
entriculoque paulo roborato, *carnes pullorum*
Tæ salubriores censebantur *elixis*; Quandoqui-
em carnes assæ per ignem ad concoctionem in
entriculo faciliorem disponuntur, & in sub-
ctis serosis magis conveniunt tono ventriculi
umido & laxo, contra vero elixæ. Interpo-
ebantur quandoque *amygdalata*, nunc sub for-
a *macaronarum* aut *piniocardarum* (liceat hisce
arbaris verbis, propter aliorum inopiam, uti)
unc sub specie pultis aut alius confectionis;
abita attamen ratione alvi, ne, per se segnis,
bstrueretur ulterius. Delectabatur *pineis, pi-*
aceis & *ficubus*. Arridebant & *pultes ex semin.*
ann. gramin. oryz. aut amyl. sed in *lacticiniorum*
su altero oculo respicienda erat incrassantium
rtus, altera acidarum cruditatum in primis
is reliquiæ, ne acidum hoc, irritando & co-
gulando infensissimum, lacticiniorum acces-
one, recuperaret principatum. *Cibi crudi ac*
spepsi erant omni cura vitandi; Erat & dehor-
ndus usus *cerevisiarum uberius justo lupulatarum*,
ut *spirituosorum acrium*, nocebant & *aquea te-*
nia; Inter quæ tamen aquea potulenta bene
habebat *à potu Theæ cum lacte, cui aliquot sal-*
æ folia erant incocta: Lactis quippe coagulum
theæ vis diluendi attenuandique nimia, hæc
er alterius lentorem, corrigebantur, mutuo
nplexu sic abeuntes in contexturam blandam,
utrientem, ac, per salviam, anticatarrhalem.

In motu ac quiete, somno vigiliisque observandis: quieti erat somnoque præsertim indulgendum.

IV. Præ omnibus vero rebus non naturalibus animus providus, summumque moderamen *in animi pathematibus* adhibere decebat: *Ægræ enim nostræ animus erat valde, & subito varius ac mutabilis:* Nunc magnus & elatus, nunc angustus & depressus, mox in iram præceps, mox terrore perculsus, semper extremo aliquo peccans. Quomodo autem *in nimia animi commotione* spiritus exagitati per corporis universum impetuose commoveantur, sanguis rapiatur in ebullitionem, (æstus & hæmorrhagiæ frequentem causam,) vasa inflentur, fibrillæ nerveæ varie concutiantur, id tristis & frequens confirmat experientia. Qua de re omni erat solertia detinenda ab *iræ excandescentia, gaudio nimio, voluptatis amorisque intemperie.* Cavere & eodem modo sibi debebat ab *animi patemaıibus*, quæ, animum percellendo, *spirituum elaterem nimis comprimunt* & tanquam figunt, humorum motum sufflaminant eorumque texturam ac fluiditatem nativam tollunt, cujusmodi sunt: *Terror* præs. *inopinatus, tristitia, invidia, odium*; Arcebatur & à *mœrore, sollicitudine, curis*, non artuum solummodo, sed & totius corporis depopulatoribus. Exhortanda veniebat *ad animum tranquillum, laxum & à curis, domesticis*, quoad poterat, *solutum.* quo sicut spiritus in assiduo, sed moderato, non impetuoso, servan-

tur

ur elatere, totaque machina inde melius valet
b sanguinem æque liberius circumpulsum
Hygiææ basis ac fundamentum.) Ita & ani-
nus in varia pathemata impetuose ac subito in-
urgens corpori maximas infert noxas, sæpe
ræter opinionem lethales.

V. *Sub excretorum ac retentorum classe* alvus
rat aperta servanda *per passulas, ficus, pruna, po-*
ra etſ. cocta, ne fœcibus retentis, aut eccopro-
cis adhibitis, novi stimuli accederent utero
ujusque vaginæ, propter tunicarum vicinita-
em, nervorumque commercium. Urinæ ex-
retio promovebatur per cerevisiam modice
enuem, lupulatamque, ac per theæ cum lacte
t salvia commiscelam, quippe qui potus no-
ibatur blande, ac conformiter diureticus. Ra-
one sanguinis menstrui hic annoto, *quod, post*
datam & curatam hæmorrhagiam, fluxus mensium
ecurrerit ordinario tempore & larga sub quantitate,
ſam valde debilitans denuo. Manifesta nota,
uam acris ac facile turgescens fuerit sanguis,
ualia tenera oscula vasorum vaginæ uteri, nun-
uam ad firmam unionem redeuntia, tum pro-
ter tenuem structuram, tum & propter hu-
norum perluentium acrimoniam nimiam, mi-
ime consolidantem. Veneris svadebatur, o-
nnibus in pristinum restitutis, exercitium mo-
eratum.

CAP. VII.

De *Hæmorrhagiæ hujus consectariis.*

I.

POst tradita nunc explanataque hæmorrhagiæ hujus remedia quævis, *illa mihi videtur reliqua, hinc sagaci animo indaganda, quæstio: Cur ægra Tincturam mart. aperit. melius perferre potuerit, quam pulverem absorbentem è croc. mart. aperit. specif. antif. strobelb. & lapid. cancr. ppt. compositum, cujus quippe ab usu semper magis premebatur ventriculus; ægraque erat initio parum anxia?* Et resp. omnes *ejusmodi tincturas per solam* suam *agere substantiam vitriolicam, hacque viscitidates incidere, attenuare, quandoque evacuare,* non acidum absorbere: Ipsarum enim flocculi sunt nimium molles, acido occurrenti mox cedentes; Sicuti & per experientiam constat, quod ejusmodi tincturæ nec acidum affusum temperent, nec cum eo effervescant. Cum autem incidendi vires sint lentæ, hinc etiam blande afficiunt, non moleste agunt. Contra vero terrea martialia, & alkalino terrea cum acido morboso primarum viarum impetuose confligunt, & effervescunt (martialia præcipue cum strepitu semper agunt sub commistione cum spiritu acido) à qua lucta & particularum collisione expansio progignitur ven-

culo molesta, gravior mane, levior vesperi, opter acidum mane in ventriculo vacuo mas liberum, post cœnam seu vesperi ab alientis assumtis magis involutum occultumie. Ventriculum autem premendi causa in ilvere absorbente est penes martialia, quæ, iatenus ventriculi plicis incumbunt firmiter, ole sua facile gravant tunicas ventriculi teras. Sed exprobrari mihi huc posset aliiod verborum dissidium divortiumque; *Siidem in ægra sanguis non ita pridem dicebatur in a crasi, adeoque ab acrimonia salsa resolutus, jam ro & innuitur cruditates adhuc nidulari in primis is adeo acidas, ut cum terreis congrediantur.* Vera sibi contraria aut dissona visa, propterea iod dyscrasia sanguinis sequatur cruditatum tia, sitque inter primarum viarum ac saninis cruditates arctissima alias convenientia: æc tamen facile possunt conciliari, quod si nsideramus 1. non omnem primarum viaim, præsertim ventriculi, cruditatem aciim, utpote notabiliter abundantem, potuisse amaricantibus inverti, sed plurimam parm remansisse intemperatam 2. sanguinis arimoniam non penitus, & ubivis ex æquo lsam concipi debere; Hinc & 3. nos sanguiem equidem resolutum, sed & ita nobis proonimus, cujus aliqua portio huc illuc in vaulis ob acidum nondum satis inversum, hærit & ob quam remoram sanguis fluidior va-

I 5 scula

ſcula aperta eo impetuoſius affluxerit.

II. *Demum vero, poſtquam cauſſarium corpus ſemeſtre per ſpatium circumtulerat, pulverem ſumit nomine emeticum, ſed virium in ægra emetico catharticarum*, unde bene habuit, & omnem fere in primis viis cruditatum ſentinam, dyſpepſiæ dolorumque hypochondrii ſiniſtri cauſam potiſſimam, eſſe exhauſtam læta fatebatur. Quo ipſo liquet, quid in medicorum *circa emetica* ſentiendum ſit controverſia; *Poſſimusne ea, ubi copia & moles cruditatum ſtomachicarum peccant, amplecti, ceu univerſale evacuans, an plane rejicere, tanquam impetuoſa & periculoſiſſimi eventus pharmaca?* Salvus ſc. equidem ſit honor, quem cujusvis ingenio & meritis in arte medica debemus: Attamen & valeat huc dictatorium illud: αυτὸς ἔφα. Sedeamus potius ad calculos ipſius rationis, qua annitente mox & dilucide conſtabit, vix poſſe omnem quandoque pituitæ ſaburram, mole ac copia valde moleſtam per aciem & acumen particularum ſalinarum acriumque, uſu etiamſi diuturno adhibitarum, exhauriri carptim ac ſucceſſive; Quin & opus eſſe arduum, per purgantium ſtimulos velle ventriculo ſubtrahere viſciditates, ipſius parietibus aliquando pertinaciſſime inhærentes, eo quod tortuoſus longusque inteſtinorum tubus per aliquot cathartica, inpr. mediocria, vix à ſuis ſordibus depuretur. In cujus aſſerti veritatem multas quidem, ne dictaturam ſine

populi

puli ſuffragio geramus, attexere poſſem ob-
rvationes; Ex una tamen emeticorum uſum,
andoque neceſſarium, velut ex ungue leo-
m, ſatis luculente notabimus: Ruſticus cor-
re firmus ac robuſtus, hinc velut quadra-
s, laborabat cardialgia, cujus cauſam fuiſſe
tuitam vitream è frigoris, velut glacialis, &
nderis, in modum plumbi prementis, ſenſu
ox conſtabat, dolor affligebat acerbiſſimus,
alvus erat pertinaciſſime obſtructa. Ille in
orem hominum plebejorum, omnis moræ
patientium, emeticum, ipſis familiariſſi-
um, urgebat inſtantiſſime; Hinc, poſt alvi
lutionem, porrigebatur tartar. emetic. ad
. vj., &, neque vomitu, neque ſeceſſu poſt
horium inſequentibus, exhibebantur duo ad-
uc grana, velut ſuccenturiata aut ſubſidiaria.
ttamen & tantum adhuc aberat, ægrum ab-
nc vomuiſſe, ut potius in largum inciderit
dorem notabiliter unctuoſum, maxime fri-
dum: Æger enim ſub ſtragulis, poſtquam
doris copia eruperat, velut aquæ frigidæ
bmerſus, frigebat contremiſcebatque. Inde
go & hic naturæ ducis miniſter aut aſſecla
er ſudorifera: Theriac. trypher. magn. ol.
niper. ſuccin. aurant. acerbiſſimum equidem
olorem, ulterius ſudorem expellendo, exte-
uabam; præſertim vero per Tinctur. aſ. fœ-
d. cum ſpirit. vin. & ſpir. ſal. ammom. fact.
potentiſſimum ſane ſudoriferum, ſed, ob al-
liatum

liatum ſaporem maxime nauſeoſum,) hæc tenaciſſima pituita ſatis diffluebat excernebaturque per poros cutis largiſſime. Sed idem fere adhuc premebat ventriculum pondus, idemque afficiebat frigus, recrudeſcebat & aliquando, modo tamen remiſſiori, dolor. Poſtquam igitur demum cruditates *per ſolutionem ſal. tartar. & decoct. lign. guajac.* erant inciſæ magis attenuatæque, infuſum exhibebam emeticum è *croc. metall. ſcrup. j. & vin. generoſ. unc. jv.* à quo equidem nauſea, minime vomitus, donec corpore trituratìonis ope ſatis commoto, cruditates vomendo tanquam exantlabantur, valde adhuc tenaces, ad excernendum vix aptæ: Quieſcente corpore, idem & illico ceſſabat actus vomitorius. Quapropter repetebantur, quæ ante octiduum, digeſtiva, idemque porrigebatur *infuſ. emetic.* ſed largiori ac faciliori cum vomitu ſuccedaneo, relinquebaturque ſummus in ore amaror cum nauſea aſſidua. Quibus perſpectis demum, & poſt juſtam moram, dedi *tartar. emetic. ad gr. jv.* (dimidia doſis, quod ſi cum prima confertur) & ecce! abhinc per os ac inferius guttur expurgabatur æger cum omnimoda ſanitatis reſtitutione, & manifeſta iſthuc deducenda doctrina: Multo minorem indicari emetici doſin, ubi particulæ acres amaricantesque ſunt in cruditatibus ventriculi extraverſæ, quæ ipſæ tum pro aliqua ſtimuli parte habendæ; Contra vero largiorem

exigi

gi quantitatem, quando pituita magis pre-
ns ac refrigerans, fere insipida, linguam
cesque incrustans, è ventriculo foret exter-
nanda. *Regerent* nihilominus emeticorum
res, cunctatores *Fabii ac Lentuli*, *subducta
intest.nis cruditatum saburra stomachicam pitui-
a, semper à purgantibus paulo magis incisam &
tatam, sensim etiam ac lente, hinc tutius devolvi
intestina.* Sed quæ hæc mora, ægro mole-
, sæpe è cruditatibus, diutius justo moran-
us, magis morbifica? Et quare emeticorum
is eit adeo formidandus, quem etiam gra-
læ per menses, sæpe per integrum gestan-
tempus sustinent impune, ac citra fœtus
xam? Præpara pituitam ad fluorem, tem-
ra acidum ipsumque concentra sub terra mar-
li, aut corpore sub alkalino terreo abscon-
, exhibe emeticum jamjam fluidum, hoc-
e postpone medicamentis præmittendis, in-
pone actui vomitorio frequentes haustus in-
si theæ, neque nimis fervidi, neque adeo
prægnati pro cruditatibus ad excretionem
portunam magis diluendis; Demum & hoc
armacum iis consecra solis, quorum viscera
nt integra, pulmonesque inprimis libere re-
rant: Certe sic manebit usus (abusus enim
nc sponte perit) per debitam dosin & indi-
tiones legitimus. Hæque vires emeticæ no-
buntur non solum particulares, ciborum in-
gestorum cruditates, & humorum deprava-
torum,

torum, tum lymphaticorum, tum bilioforum molem eliminantes; Sed & univerfales, in diftans agentes, & quæ, totum corpus concutiendo, partium obftructiones referant. Imo vero quandoque hypochondriacam affectionem aut dyfpepfiam non poffe curari, nifi emetico demum (non primum) affumto, id per obfervationes conftat non paucas, magisque confirmatur per falutarem emetici in noftra ægra efficaciam.

III. Tandem vero cura abfolvebatur per vinum, è fumm. cent. min. Herb. card. ben. rad. enul. zedoar. cort. aurant. femin. jv. calid. maj. medicatum factum, quorum omnium ingredientium vires funt incidentes attenuantes atque temperantes. Unde poft cruditates, quæ reliquæ erant, magis emendatas fanitas fuit inftaurata.

IV. *Inde autem corpore tantum potuit valuitque, ut brevi poft conceperit:* Cujus equidem ætiologia generalis etiamfi per fe mox apparet, liceat tamen, pro fpecialiori conceptionis captu, huc inveftigare, quo naturæ mechanifmo uterus femen excipiat virile, quali tubarum fallopianarum nifu, quibusve machinis aura genitalis, particulæ illæ æthereæ, poftquam femen in colliquamentum diffluxit ferofum, à craffioribus partibus, velut involucro, extricatæ, ad ovaria, fub membranaceo velamine utrinque prope uterum pofita, tranfeant,

nt, & ibidem ovula, quæ matura (eorum
npham, quæ ad motum inteſtinum apta)
prægnant. Sicut autem fibræ ſunt carneæ,
æ ſub lucta venerea, voluptuoſaque titilla-
ne, à ſanguine ac ſpiritibus ſatis inflatæ, in
utem per legitimum madorem decenter ex-
ſiles ac mobiles, vaginam erigunt, & ipſum
rum, pro intimiori ſeminis admiſſione, ad-
ant; Ita & præſ. uteri tubæ, à Fallopio
entore cognominatæ, debent eſſe eodem
conflictu turgidæ, ut motu pendulo ruant,
licenturque per ſuas extremitates fimbria-
ad ovaria, quæ prehenſa ab iſtis tamdiu
inenda, donec aura genitalis, principium
ſticum, ſit trajectum. Quo ipſo ægræ no-
æ ad concipiendum habitudo facile ac ſpe-
lius liquet, poſtquam, expurgatis primis
& ſanguine impuriori mundificato, chyli-
ationis hæmatoſiosque functiones magis vi-
e inchoarunt, liberior rediit humorum cir-
us, motus inteſtinus magis vitalis, ſpiritu-
elater potentior ac fibrarum motus toni-
eſt robuſtior factus, inde vero ipſæ qua-
nvis ſicut partium, ita & genitalium fibræ
trices, hactenus flaccidæ ac collapſæ, nunc
npha roſcida & nutritia, velut axungia, pro
iliori motu, notabilius illinitæ, per vivi-
n ſanguinis ſpirituumque influxum ad po-
tiorem valuerunt turgeſcentiam, conſtan-
temque inflationem.

Et

Et hæc ſunt L. B. hujus morbi complicat theoremata ac remedia, ſub hoc progymna ſmate comprehenſa, quæ, ſi non applauſum merentur, ſaltem ne explodas peto: Eadem enim eſt progymnaſmatum, quæ fuit fabula rum primitus exhibitarum, natura, utinam & eadem utriſque foret ſancita lex, qua iſtas ex ſibilari olim cavebant athenienſium Dictato res; Poëtæ ſiquidem naſcuntur, ſed medic medicamentorum uſu & experientiæ diuturni tate demum fiunt.

Hinc veniam pro laude peto, laudatus abunde
Non faſtiditus ſi Tibi, Lector, ero.

F I N I S.

